VITA ARISTOTELIS PERIPATETICORVM PRINCIPIS

Per AMMONIVM, *seu* PHILOPONVM,

Addita Vetere interpretatione Latina longe auctiore, nunc primum ex MS. edita,

Cum copiosis & eruditis Scholijs

V. C. PET. IOAN. NVNNESI Valentini.







LVGDVNI BATAVORVM,
Apud IOANNEM DIEPHORST:
Anno CIↃ IↃ CXXI.

VITA ARISTOTELIS

Auctore

AMMONIO

Sive

IOANNE PHILOPONO

Græce & Latine.



ARISTOTELIS
VITA,
Auctore
AMMONIO.



RISTOTELES genere Macedo, vrbe Stagirites fuit: Nicomachi, (qui erat Amyntæ Macedonum regis Medicus) filius: quæ cauſa fuit cur filio ſuo Nicomachi nomen imponeret, in memoriam videlicet patris ſui: hic eſt Nicomachus ad quem miſſi ſunt, qui vocantur Nicomachei libri. Mater Ariſtoteli Phęſtis fuit: vterq; autem parens, Nicomachus inquam, & Phæſtis, generis originem habuerunt ab Æſculapio: quod etiam teſtatur hoc in Ariſtotelem Epigramma:

Nicomacho genitus fuit hic patre, Phæſtide Matre,
(Ambo Aſclepiadæ) dius Ariſtoteles.

Mortuis Nicomacho & Phæſtide educatus eſt Ariſtoteles apud Proxenum quendam Atarneum: cujus educationis memor Ariſtoteles Nicanorem Proxeni filium non eduxit tantũ, & omnibus honeſtis artibus erudijt:

ſed

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ

βίος κατ' Ἀμμώνιον.



ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ, τῷ μὲν γένει ἦν Μακεδών· πόλεως δὲ Σταγείρων· υἱὸς Νικομάχου, ἰατροῦ Ἀμύντου τοῦ Μακεδόνων βασιλέως· ὅθεν καὶ τὸν ἴδιον υἱὸν, Νικόμαχον προσηγόρευσε, μνήμης ἕνεκεν τοῦ οἰκείου πατρός· πρὸς ὃν καὶ τὰ Νικομάχεια ἔγραψε. μητρὸς δὲ ἦν Φαιστίδος. ἀμφότεροι δὲ οὗτοι, ὅ τε Νικόμαχος καὶ ἡ Φαιστις, τὸ γένος εἶχον ἀπὸ Ἀσκληπιοῦ. μαρτυρεῖ δὲ τούτοις, τὸ εἰς τὸν Ἀριστοτέλην εἰρημένον ἐπίγραμμα, τοῦτον ἔχον τὸν τρόπον·

Φαιστίδος ἦν μητρὸς, καὶ Νικομάχου γενετῆρος,
Τῶν Ἀσκληπιαδῶν, δῖος Ἀριστοτέλης.

Μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν τοῦ Νικομάχου καὶ τῆς Φαιστίδος, ἀνάγεται ὁ Ἀριστοτέλης παρά τινι Προξένῳ Ἀταρνεῖ· οὗ καὶ τῆς τροφῆς διαμεμνημένος ὁ Ἀριστοτέλης, οὐ μόνον τὸν τούτου υἱὸν Νικάνορα ἀνέθρεψε, καὶ πᾶσαν παιδείαν ἐπαίδευσεν, ἀλλὰ καὶ υἱὸν αὐτὸν ᾠκειοποιήσατο· καὶ



sed & in filium sibi adoptauit;ac cum morti propinquus testamentum faceret, mandauit vt Nicanori filia sua nuptum daretur. Enimvero Aristoteles artes, quas erudiuntur ingenui, juuenis dedicit: quod vel ex ejus scriptis, quæ partim ad rem Poëticam, partim ad Poëtas ipsos spectant, licet intelligere: itemque ex Quæstionibus Homericis & varijs ejusdem de arte Rhetorica libris. Cum autem annum ætatis ageret XVII. monitus oraculo Pythico, vt se studijs Philosophiæ dederet, Athenas venit: vbi Socratis fuit discipulus, tresq; cum illo annos egit. Deinde illo sublato, Platonem audiuit, idque spatio annorum XX. tantaque in studijs diligentia fuit, vt domum ejus vocitaret Plato domum anagnostæ. Falsum est autem quod quidam putant Aristotelem viuente adhuc Platone, Scholæ ejus contrariam in Lyceo Scholam instituisse. Qui enim fieri potuit, cum quidem eo tempore gratia & auctoritate plurimum apud Athenienses valerent Chabrias & Timotheus, qui è ducibus Atheniensium & Platonis cognatis fuerunt. Non desunt tamen qui id affirment, eo impulsi, quod in multis Platoni contradicit Aristoteles. Quibus respondendum est, Aristotelem non ipsi simpliciter Platoni contradicere: sed ijs qui dicta ejus minus recte sunt interpretati.

Quod

πλείστων, ἐν ταῖς οἰκείαις διαθήκαις ἐπέτρεψε τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα Πυθιάδα δοῦναι γαμετὴν τῷ Νικάνορι. Ὁ μὲν οὖν Ἀριστοτέλης, ἔτι νέος ὤν, τὴν τῶν ἐλευθέρων παιδείαν ἐπαιδεύετο, ὡς δηλοῖ τὰ γεγραμμένα αὐτῷ περὶ Ποιητικῶν, καὶ πρὸς ποιητὰς· ἔτι μέντοι τὰ Ὁμήρου προβλήματα, καὶ αἱ Ῥητορικαὶ τέχναι. Ἑπτακαίδεκα δὲ ἐτῶν γενόμενος, καὶ τῆς Πυθίας κελευούσης αὐτῷ φιλοσοφεῖν, στέλλεται ἐν Ἀθήναις. ἔνθα φοιτᾷ Σωκράτει, καὶ συνέστη τούτῳ ἔτη τρία· τελευτήσαντος δὲ τοῦ Σωκράτους, φοιτᾷ Πλάτωνι· καὶ τούτῳ σύνεστιν ἔτη εἴκοσι. καὶ τοσαύτην ἤσκησεν ἐπιμέλειαν, ὥστε τὸν Πλάτωνα τὸν οἶκον τοῦ Ἀριστοτέλους, οἶκον ἀναγνώστου καλεῖν. οὐ γὰρ ἔτι ζῶντος τοῦ Πλάτωνος ἀντῳκοδόμησεν αὐτῷ τὸ Λύκειον ὁ Ἀριστοτέλης, ὥς τινες ὑπολαμβάνουσι· πῶς γὰρ ἠδύνατο, μέγα τότε δυναμένων Χαβρίου τε καὶ Τιμοθέου, τῶν Ἀθήνησι στρατηγῶν, καὶ τῷ γένει προσηκόντων τῷ Πλάτωνι; πειρῶνται γάρ τινες λέγειν, ὅτι ἔτι ζῶντος Πλάτωνος, ἀντῳκοδόμησεν αὐτῷ τὸ Λύκειον ὁ Ἀριστοτέλης, ἐκ τοῦ ἐν πολλοῖς ἀντιλέγειν τῷ Πλάτωνι, πρὸς οὓς ῥητέον, ὅτι οὐκ ἁπλῶς ἀντιλέγει τῷ Πλάτωνι ἀλλὰ τοῖς μὴ νοήσασι τὰ τοῦ Πλάτωνος.

Quod si & Platoni ipsi aliquando contradicit, quid mirum? Nam hic Platonem quoq; ille sequitur auctorem, *Veritatem rebus omnibus anteponendam*: quin ejusdem verba hæc sunt: *Carus quidem Socrates, sed veritas carissima.* & alibi: *Socrates quidem quid dicat, parum solliciti esse debemus; de Veritate vero multum sollicitos esse oportet.* Idem ergo ab Aristotele quoque factum: etiam sicubi præceptoris decreta labefactauit atque convellit: quippe in eo illi obtemperans, dum veritatis partes tuetur. Amorem quidem suum in Platonem abunde testatus est Aristoteles, quando etiam aram ei dedicauit, cum hac inscriptione:

Gratus Aristoteles struit hocce altare Platoni,
Quem turbæ injusta vel celebrare nefas.

Versatus est Aristoteles cum Platone annos xx. Platoni autem mortuo successit in schola Speusippus ejus ex sorore (Potonem vocabant) nepos. Aristoteles vero in Macedoniam profectus Alexandrum Ctisten instituit: atque adeo magna pars regni ejus fuit. Nam qui in magna potentia esset apud regem, potentia sua, vt decebat virum bonum

εἰ δὲ καὶ αὐτῷ τῷ Πλάτωνι ἀντιλέγει, οὐδὲν ἄτοπον· καὶ ἐν τούτοις γὰρ τὰ τοῦ Πλάτωνος φρονεῖ· αὐτοῦ μέν ἐστι λόγος, ὅτι μᾶλλον δεῖ τῆς ἀληθείας φροντίζειν, ἤπερ ἄλλου τινός. ἀμέλει καὶ ἐπὶ λέξεως φησὶ ταυτί. φίλος μὲν Σωκράτης, ἀλλὰ φιλτάτη ἡ ἀλήθεια. καὶ ἀλλαχοῦ· Σωκράτους μὲν ἐπ' ὀλίγον φροντιστέον· τῆς δὲ ἀληθείας ἐπὶ πολύ. τοῦτο οὖν καὶ ὁ Ἀριστοτέλης πεποίηκεν, εἰ καὶ *μὴ ἀνέτρεψε τὰ ὑπὸ Πλάτωνος εἰρημένα· κἀνταῦθα γὰρ σύμφωνα αὐτῷ διεπράξατο, μὴ βουλόμενος περιιδεῖν τὴν ἀλήθειαν. ἀμέλει γὰρ ὅτι πολλὴν εὔνοιαν εἶχε πρὸς τὸν Πλάτωνα ὁ Ἀριστοτέλης, δῆλον ἐκ τοῦ καὶ βωμὸν ἀνιερῶσαι τῷ Πλάτωνι, ἐν ᾧ ἐπέγραψεν οὕτω.

*Scrib πῶ..

Βωμὸν Ἀριστοτέλης ἐνιδρύσατο τόνδε Πλάτωνος,
Ἀνδρὸς, ὃν οὔτ' αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις.

Συνῆν δὲ τῷ Πλάτωνι ὁ Ἀριστοτέλης ἔτη εἴκοσι. Μετὰ δὲ τὴν τοῦ Πλάτωνος τελευτὴν, διαδέχεται τὴν τούτου σχολὴν Σπεύσιππος ὁ ἀδελφιδοῦς αὐτοῦ· υἱὸς γὰρ ἦν οὗτος Πολώνης, τῆς τούτου ἀδελφῆς· ὁ δέ γε Ἀριστοτέλης ἔρχεται ἐν τῇ τῶν Μακεδόνων πόλει, ἔνθα παιδεύει Ἀλέξανδρον τὴν κλίσιν, καὶ μέγα μέρος γέγονε τῆς τούτου βασιλείας· πολλὰ γὰρ ἐδυνήθη παρὰ τῷ βασιλεῖ,

bonum, in promouendis tam priuatim singulorũ, quam communiter omnium commodis vſus eſt. Ac priuatim quidem multorum vtilitatibus eum conſuluiſſe, indicio erunt, quæ extant ipſius ad regem epiſtolæ, quibus ei quoſdam commendat. Quod autem in commune quoque multis profuerit, teſtis eſt vrbs Stagira, hortatu ſuaſuq; Ariſtotelis in integrum ob Alexandro reſtituta, cum prius æquata ſolo fuiſſet: Cujus beneficij ab Ariſtotele accepti vt memoriã conſeruent Stagiritę feſtum celebrant, quod *Ariſtoteleum* nuncupant: menſemq; adeo ipſũ in quem feſtum illud incidit Stagiriten nominant. Sed & Ereſſum Theophraſti patriã, cum cogitaret Alexander graui mactare infortunio, Ariſtoteles eam periculo exemit. Deinde autem cum ſupremum diem Speuſippus obijſſet, Athenienſes miſſis legatis Ariſtotelem ad ſe accerſunt: atque ita duo hi Ariſtoteles & Xenocrates ſcholæ Platonicæ ſucceſſores fiunt: docente in Academia Xenocrate, in Lyceo Ariſtotele. Poſt hæc autem, facta ab Athenienſibus quibuſdam in eum conſpiratione, ille Chalcidem ſe recepit, dixitque Athenienſibus, *Ego vero non ſinam vobis bis in Philoſophiam peccare.* Socratem enim jam ante interfecerant Athenienſes. Idem plane quam ſit plena res periculi Athenis vitam degere, Antipatro Regi

πλεῖ, καὶ τῇ δυνάμει δεόντως ἐχρήσατο, καὶ ποιῶν καὶ ἑκάστῳ ἰδίᾳ καὶ πᾶσι κοινῇ. καὶ ὅτι μὲν πολλοὺς ἰδίᾳ εὖ ἐποίησε, δηλοῦσιν αἱ φερόμεναι αὐτοῦ συστατικαὶ ἐπιστολαὶ περὶ τινῶν πρὸς τὸν βασιλέα. ὅτι δὲ καὶ κοινῇ πολλοὺς εὖ ἐποίησε, δηλοῖ τὸ, καὶ τὴν τῶν Σταγείρων πόλιν κατασκαφθεῖσαν, πείθειν τὸν Ἀλέξανδρον αὖθις κτίζειν· ὅθεν καὶ οἱ Σταγειρῖται ἑορτὴν ἐπιτελοῦσι τῷ Ἀριστοτέλει αὐτὴν προσαγορεύοντες· καὶ τὸν μῆνα δὲ ἐν ᾧ ἡ ἑορτὴ ἐπιτελεῖται Σταγειρίτην προσαγορεύουσι. καὶ τὴν Ἐρεσὸν δὲ, τὴν τοῦ Θεοφράστου πόλιν, μέλλουσαν ἀδικηθῆναι ὑπὸ τοῦ βασιλέως Ἀλεξάνδρου, ἐλύτρωσε τῆς ἀδικίας. Μετὰ δὲ ταῦτα τελευτήσαντος τοῦ Σπευσίππου, στέλλονται οἱ Ἀθηναῖοι τὸν Ἀριστοτέλην· καὶ ἀμφότεροι οὗτοι ὁ Ἀριστοτέλης καὶ ὁ Ξενοκράτης, διεδέξαντο τὴν τοῦ Πλάτωνος σχολήν. καὶ ὁ μὲν Ξενοκράτης, ἐπαίδευσεν ἐν Ἀκαδημίᾳ. ὁ δὲ Ἀριστοτέλης, ἐν Λυκείῳ. Μετέπειτα δὲ ἀνταρσίας γενομένης ἐν τοῖς Ἀθηναίοις, ἦλθεν ὁ Ἀριστοτέλης ἐν Χαλκίδι, εἰρηκὼς τοῖς Ἀθηναίοις, ὅτι οὐκ ἐάσω ὑμᾶς δὶς εἰς φιλοσοφίαν ἁμαρτεῖν· καὶ γὰρ ἤδη ἦσαν τὸν Σωκράτην φονεύσαντες οἱ Ἀθηναῖοι. ἐδήλωσε δὲ καὶ Ἀντιπάτρῳ τῷ βασιλεῖ, ὅτι τὸ

ἐν Ἀθή-

Regi significauit, vsurpans illud Homeri:

Ὄχνη ἐπ' ὄχνῃ γηράσκει, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ.

Pyrus post pyrum senescit, ficus autem post ficum.

Arguens ita studiosum τοῦ συκοφαντεῖν & calumniandi Atheniensium ingenium. Aristoteles igitur secundo in Macedoniam venit, magnaque fuit apud reges Macedoniæ autoritate, Alexandrum, matremq; ejus Olympiadem, nec non Antipatrum, Philippumque. De Alexandro quidem librum composuit singularem, *De regno*, quo explicat ei; quale sit boni regis officium. Sane etiam in expeditione illa Asiatica ad Brachmanas vsque eum comitatus est: apud quos nobile illud opus *De Legibus & institutis ciuitatum* CCLV. construxit. Persidem etiam cum Alexandro peragrauit. vbi cum exorto bello vitã rex finijsset, redijt Aristoteles in patriam. Insigni porro fuit vir hic morum lenitate ac comitate. In studijs vero Philosophiæ modum ingenij humani excessit: nullam enim Philosophiæ partem attigit, quam non perfecte tractauerit: quinimo multa ipse (quæ fuit ejus sagacitas, & ingenij acumen) inueniens, Vniuersam absoluit Philosophiam & consummauit. In Logica quidem inuentũ ejus est, quod præcepta disputandi à rebus ipsis de quibus disputatur sepa-

ἐν Ἀθήνησιν ἐνδιατρίβειν, ἐργῶδες· εἶπε δὲ καὶ τὸ Ὁμηρικὸν ἐκεῖνο ἔπος,

Ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ.

ὡς ἐκ τούτων ἐλέγχων τὰς τῶν Ἀθηναίων συκοφαντίας. ἐπανέρχεται δ' αὖθις ὁ Ἀριστοτέλης ἐν Μακεδονίᾳ, καὶ πολλὰ ἐδυνήθη παρὰ τοῖς τότε βασιλεῦσι, παρὰ τῷ Ἀλεξάνδρῳ καὶ παρὰ τῇ Ὀλυμπιάδι τῇ τούτου μητρί, καὶ παρ' Ἀντιπάτρῳ τε καὶ Φιλίππῳ. τῷ δ' Ἀλεξάνδρῳ καὶ περὶ βασιλείας ἔγραψεν ἐν ἑνὶ μονοβίβλῳ, παιδεύων αὐτὸν ὅπως δεῖ βασιλεύειν· ἀμέλει καὶ συνώδευσεν αὐτῷ μέχρι καὶ ἔσω τῶν Βραχμάνων, ἔνθ' ἔστησε τὰς διακοσίας πεντήκοντα πέντε πολιτείας. συνώδευσε δ' αὐτῷ καὶ ἐν τῇ Περσίδι ἔνθα πολέμου γινομένου, καὶ τελευτήσαντος τοῦ Ἀλεξάνδρου, ὑπέστρεψεν ὁ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ ἑαυτοῦ πατρίδι. Μέτριος δὲ γέγονεν ὁ ἀνὴρ οὗτος τοῖς ἤθεσιν εἰς ὑπερβολήν· ἐν φιλοσοφίᾳ δὲ ὑπερβέβηκε τὰ ἀνθρώπινα μέτρα, μηδὲν ἐλλιπὲς περὶ αὐτῆς πραγματευσάμενος· ἀλλὰ καὶ πολλὰ αὐτῇ προσθεὶς ἐκ τῆς ἑαυτοῦ ἀγχινοίας τὴν ὅλην κατώρθωσε φιλοσοφίαν· τῇ μὲν γὰρ λογικῇ προσέθηκε, διακρίνας σὺν κανόνας ἀπὸ τῶν πραγμά-

separauit, & demonstrandi viam ac rationem docuit. Nam qui eum ætate præcesserunt, etsi demonstrare illi quidem poterant, demonstrationem tamen facere nesciebant. prorsus vt idem ipsis vsuueniret, quod ijs, qui calceos quidem conficere nesciunt, calceis tamen vti norunt. In Physicis inuentum ejus est, quinta illa essentia. In Theologia etsi nullum ejus extat inuentum, perfecte tamen ejus partes est omnes exsecutus. Non enim, vt quidam falso putant, terrestria tantum, & quę ad mundum hunc pertinent nouit Aristoteles; sed & illa quoque quæ supra hunc mundum sunt. Patet hoc vel ex illo loco lib. VIII. Physicæ acroaseωs, vbi ait primam causam *neq́, per se neque per accidens motui esse obnoxiam.* Quibus verbis indicat Deum neque corpus esse neque vllo modo patibilem. Vixit omnino Aristoteles annos LXIII. Annum siquidem agens XVII. ad Socraté accessit: qui cum vixit annos III. item cum Platone annos XX. A Platonis vero Obitu vixit adhuc annos XXIII. Hæc sunt quæ de Vita Aristotelis dicere habuimus.

FINIS.

πραγμάτων, καὶ ποιήσας τὴν ἀποδεικτικὴν μέθοδον· οἱ γὰρ πάλαι, ἀποδεῖξαι μὲν ᾔδεσαν, ἀποδείξεις δὲ ποιεῖν οὐκ ἠπίσταντο. ταὐτὸ πάσχοντες τοῖς σκυτοτομεῖν μὲν μὴ δυναμένοις, ὑποδήμασι δὲ χρῶσθαι· τῇ δέ γε φυσικῇ προσέθηκε τὴν πέμπτην οὐσίαν· τῇ δὲ θεολογίᾳ εἰ καὶ μηδὲν προσέθηκεν, ἀλλ' οὖν οὐδὲν περὶ αὐτῆς ἐλλιπὲς ἐπραγματεύσατο· οὐ γὰρ τὰ ἐγκόσμια μόνα ᾔδει, ὥς τινες ὑπολαμβάνουσι, ἀλλὰ καὶ τὰ ὑπερκόσμια· ὡς δηλοῖ καὶ ἐν ὀγδόῳ λόγῳ τῆς φυσικῆς ἀκροάσεως, λέγων, ὅτι τὸ πρῶτον αἴτιον οὐδὲ καθ' ἑαυτὸ κινητόν ἐστιν, οὐδὲ κατὰ συμβεβηκός. ἐκ τούτου ἐνδεικνύμενος, ὅτι οὐδὲ σῶμά ἐστι τὸ θεῖον, οὐδὲ παθητόν. ἔζησε δὲ τὸν σύμπαντα χρόνον ὁ Ἀριστοτέλης ἔτη ἑξηκοντατρία, ἑπτακαιδέκατον γὰρ ἔτος ἄγων, φοιτᾷ Σωκράτει, καὶ τούτῳ συνέστιν ἔτη τρία· συνῆν δὲ τῷ Πλάτωνι ἔτη εἴκοσι· μετὰ δέ γε τὴν τοῦ Πλάτωνος τελευτήν, ἔζησεν ἔτη εἴκοσι τρία. Ταῦτα λέγειν ἔχομεν περὶ τοῦ βίου τοῦ Ἀριστοτέλους.

ΤΈΛΟΣ.

VITA ARISTOTELIS

Ex vetere tranſlatione nun-
quam antehac edita,

CVM

PET. IOAN. NVNNESII
locupletiſſimis Scholiis,

*Quibus accurate de Ariſtotelis vita,
moribus, Philoſophandi ratione,
ſcriptis, auditoribus, ſucceſſo-
ribuſq; diſputatur.*

VITA ARISTOTELIS

Ex Vetere Translatione.



Ristotetes (1) Philosophus de gente quidem fuit Macedo, patria vero Stagirita. Stagira autem ciuitas est Thraciæ (2) vicina Olyntho & Methonæ. (3) Filius autem fuit Nicomachi & Phæstidis (4) ambobus à Machaone Asclepiade descendentibus (5) sic designat Epigramma, quod fuit in ipso, sic dicens:

Phæstide fuit matre, & Nicomacho genitore, Qui descenderunt ab Aesculapio, (6) insignis Aristoteles.

Genitus autem est eis non solum Aristoteles, (7) sed Arimnestus & Arimneste. (8) Nicomachus autem medicus fuit Amyntæ Regis Macedonum patris Philippi, & (9) ad memoriam proprij patris Aristoteles suum filium Nicomachum appellauit: (10) cui & Nicomachia Ethica scripsit. (11) Itaque habitus fuit quidem ejus circa Philoso-

phiam, & Medicinam à patre, & propria prima generatione. (12) post mortem Nicomachi, & Phæstidis parentum ducitur ad quendam Proxenum Atarnensem : cujus etiam educationis recordatus Aristoteles non solum ejus filium Nicanorem educauit, & omni doctrina erudiuit, verum etiam eum sibi filium adoptauit, & (13) moriens in suo testamento jussit suam filiam nomine Pythiada genitam à Pythiade tradi illi Nicanori in vxorem. (14) Aristoteles autem juuenis adhuc existens doctrinam eloquentiæ docebatur, vt declarãt (15) Homerica commenta scripta ab eo, & (16) Iliadis dictamen, quod dedit Alexandro, & (17) dialogus de Poëtis, & (18) tractatus de Poëtica, & (19) Rhetorica. (20) Factus autem XVII. annorum, & Pythia præcipiente ipsum philosophari, mittitur Athenas: vbi adhæsit Socrati, & moratus est cum eo tribus annis vsque ad finem vitæ ipsius. (21) Mortuo autem Socrate Platonem adit, cum eoque annos viginti versatus est, sicut (22) ipse declarat mittens Philippo, & (23) tantam adeptus est dilectionem Platonis, & diligentiam circa studium Philosophiæ, vt Plato domum Aristotelis domum lectoris vocaret, & sæpe dicebat, eamus ad domum lectoris, & (24) ipso absente à lectione, clamabat, intellectus abest, surdum est auditorium. Vixit autem

autem post mortem Platonis annis XXIII. partim quidem docens Alexandrum filium Philippi, partim autem circũdans cum ipso multam terram, partim autem componens libros partim munere doctoris eminens. (26)Non enim verum, quod ædificauit Aristoteles Lyceum contra Platonem viuum existentem, sicut Aristoxenus accusauit, & Aristoeles postea. adhæsit autem Platoni vsque ad finem suum, (27) Plato autem natus fuit Diotimo dominante Atheniensibus, & viuens annis LXXXI. finiuit vitam suam sub Theophilo. (28) Aristoteles autem natus sub Diotrephe, & viuens annis LXIII. moritur in tempore Philoclis. (29) Adhęsit autem Aristoteles Platoni tempore Nausigenis: & fuerũt à Theophilo, sub quo moritur Plato, vsq; ad Philoclẽ anni XXIII. quibus Aristoteles superuixit Platoni. (30)Non igitur sic quidem mentiuntur quod XL annis immoratus est Arist. sub Platone tempore Eudoxi? (31) Aristotele enim viuente LXIII. annis, tres anni tantũ restarẽt, à morte Plat. ablatis XVII. annis, quibus studuit in triuio (32) trib⁹ quibus studuit cũ Socrate, & ablatis XL. quibus studuit cũ Plat. (vt ipsi aiunt) in tribus annis non solũ non fuit possibile tanta componere, sed etiã nec facile legendo transcurrere, sicut Philochorus historizauit; (33) & etiã non fuit conueniens Aristotele

extraneo existente posse facere contra Platonem: qui erat ciuis, & valde potens propter Chabriam, & Timotheum principantes Atheniensibus, & genere sibi cognatos. (34) Post mortem autem Platonis Speusippus recepit scholas Platonis. Fuerat enim hic filius Potones sororis Platonis:(35) Aristoteles autem nutritus est in Macedonia, vbi docet Alexandrum filium Philippi, (36) [& in tantum fuit honoratus à Philippo,& Olympiade matre Alexandri, quod sibi construxerunt, vel constituerunt cum eis statuam] & in magna (37) parte fuit concors regni ipsius, & multum laborauit pro rege: &, cum esset magna pars potentiæ ad benefaciendum, potentia opportune vsus est bene faciens, & singulis proprie, & omnibus communiter. (38) & quod multis proprie benefecerit, declarant missæ abeo epistolæ de quibusdam ad regem. quod autem & communiter benefecit multis,& demonstrat illud, quod scilicet ciuitaté suam Stagiram dirutam prius à Philippo, induxit Alexandrum regem iterum reædificare, & regionem aliam ipsi tradi. propter quod & Stagiritani festiuitatem celebrabant Aristotelis, (39) Aristoteliam ipsam vocantes, & mensem in quo festiuitas celebrabatur,Stagiritem nominabant,& etiam Eressum vrbem Theophrasti, & Phaniæ sui discipulorum

m debentem destrui, liberauit destructio-
:. (40) Stagiritani autem duxerunt cor-
ıs Aristotelis mortui in Chalcide in Sta-
ram, & altare construxerunt in monu-
ento, locum illum *Aristoteleum* appellan-
s, & illuc ad concilium congregabantur.
·¹) In multis autem, & Athieniensibus be-
:fecit, vt declarant tractatus, qui sunt ad
ıilippum. Itaque Athenienses in acropo-
statuam illi construxerunt. (42) Vt autem
: omnibus hominibus vniuersaliter bene-
ceret, scripsit Alexandro librum vnum de
gno, docens ipsum qualiter oportet re-
nare, (43) & in tantum mouit animam
lexandri ad faciendum, quod dicebat: *quod
m benefeci aliquibus hodie, non regnaui.* quod
quale ęgrotans modice morbo ephemero,
la die operationes sanorum non facit. (44)
ıuene autem existente Alexandro, & mili-
ınte contra Persas eundo cum eo, nec
ınc obtinuit Philosophari. Tunc enim
ɔmposuit historiam ducentarum, & quin-
uaginta politiarum, & associauit ipsum
ſque ad Persiam, & bello facto rediit ad
ıam patriam, & vltro anticipatur. (45)
uscipiens autem Alexander regnum, in
onore habuit Aristotelem, in quantum A-
exander vixit. (46) Speusippo autem ne-
ote Platonis mortuo suos discipulos su-
:ipiunt Xenocrates, & Aristoteles sapien-
B 3 tiſſimi.



tissimi. & Aristoteles quidem legebat in Lyceo, Xenocrates autem in Academia, vbi & Plato studebat. (47) non enim, sicut Aristoxenus & Aristocles posterius dicunt, Platone viuente, & in Academia docente Aristoteles contra ædificauit Lyceum: & (48) hoc tentant quidā dicere, propter id, quod in pluribus contradicit Platoni: ad quos dicendum, quod non simpliciter contradicit Platoni, sed non intelligentibus ea, quæ sunt Platonis. (49) Si autem contradicit Platoni, non est inconueniens. & in his enim ea, quæ sunt Platonis cogitat. Platonis enim est sermo: *Quod magis oportet de veritate curare, quam de aliquo alio.* & alibi dicit: *Amicus quidem Socrates, sed magis amica veritas*, & in alio loco: *de Socrate parum est curandum, de veritate vero multum.* (50) Hoc igitur & Aristoteles fecit, etsi non destruxit dicta Platonis. quamuis in his consona ipsi fecit, nolens despicere veritatem. Habuit autem multam dilectionem erga Platonem Aristoteles, & quod sit verum patet ex eo, quod aram consecrauit ei, in qua scripsit ita:

Aram Aristoteles fundauit hanc Platonis,
Viri, quem non est conueniens malis laudare.

(51) forte autem nō ad ea, quæ videntur, oppugnauit Platonem, sed ad eos, qui ipsa male intelligunt. sicut & *genitum esse cœlum* in libro,

bro, qui est de cœlo. quidam enim secundum tempus ipsum intellexerunt, sed non secundum causam esse. Ideas etiam in Metaphysica. (52) Quidam enim extra intellectum ipsas posuerunt, & alij propria sensibilia arbitrati sunt ipsas, vt hominem immortalem, & equum. (53) Quod enim non vult ipsa omnino non esse, demonstrat in Metaphysicis dicens *duplicem esse ordinẽ, hunc quidem in duce esse exercitus, hunc autem in exercitu, & alterum esse causam alterius*, & in libro de Anima, *intellectum, qui est secundum animam, esse res.* (53) Multum namque Aristoteles moderatus fuit moribus, vnde in Prædicamentis ait, *non oportet prompte definire, sed quidem multoties considerare, & dubitare de singulis non esse inutile,* (54) & *in ijs, quæ de Bono oportet reminisci hominem existentem, non solum bene fortunatum, sed demonstrantem*, (55) & in Ethicis Nicomachijs, *amicus quidem vir, amica autem veritas. ambobus vero entibus amicus, sanctum est præhonorare veritatem.* & in (56) Meteoris: *horum quidem quædam dubitamus, quædam attingimus secundum aliquem modum, & in eisdem non semel, nec bis, sed infinite easdem opiniones fieri hominibus: quod non multum sapientia superbiamus, in quibus invenire videamur.* (57) & talis quidem secundum vitã fuit philoso-

phus, addidit autem philosophię plura, quę ipse inuenit. Ethicæ quidem addidit *felicitatem* nec in bonis exterioribus constare, sicut Polyænus ait, (58) nec in anima solum, sicut Plato dicebat, (59) sed habere quidem formam in anima, coinquinari autem, & constrictari solum ipsam ab exterioribus non bene se habentibus, proprie dictionibus vtens. Etenim quæ coinquinantur interius ipsam pulchritudinem habent: occultantur autem secundum solam superficiem, & constricta eandem magnitudinem habent secundum veritatem. (60) Philosophiæ autem addidit quinctam essentiam, (61) Mathematicæ vero hexagonium esse conum visiuum, propter id quod in plus incedit visus cujus inspicit magnitudinem, & secundum hoc nihil eorum quæ videntur, simul totum videtur, & sic majorem fieri axem base, quæ est ex hoc, & hexagonum conum perficere. (62) Theologiæ vero etiam quamuis nihil addidit, tamen de ea nihil diminute determinauit. non enim solum mundana vidit, sicut quidam putant, sed & ea quæ sunt supra mundum, (63) sicut declarat in octauo de Physico auditu dicens: *quod prima causa nec per se mobilis, nec secundum accidens*. ex hoc demonstrans quod diuinum nec corpus est, neque passibile. (64) composuit autem & medicinalia problemata,

a, & Physica problemata in LXX. libris xistentia, & Aspectiua problemata, & Mehanica, (65) & scriptas ab eo Iustificatio-.es Græcarum ciuitatum, cum quibus lites Græcorum determinabat. scripta autem est b eo posterius historia politiarum: (66) in Philosophia vero transcendit humanam nensuram, nihil diminute de ea tractans, ed & multa ei adijciens ex sui solertia totã lirexit philosophiam. (67) Logicæ enim pponit distinguens regulas à rebus, & fa-:iens demonstratiuam methodum. antiqui :nim demonstrare quidem sciebant, idem patientes scindere corium non potentibus, :alceis autem vti potentibus. (68) insurgentibus autem ipsi Atheniensibus iuit Chalciden hoc dicens: *Non concedam Atheniensibus bis peccare in Philosophiam*, & mit-:tens Antipatro scribit Athenis commo-:ari periculosum. & dixit illud Homericum:

Pyrus autem supra pyrum senescit, ficus autem supra ficum.

Successionem accusatorum ænigmatice loquens. (69) Vixit autem Aristoteles annos LXIII. etenim XVII. annos habens adhæsit Socrati, & cum eo stetit tribus annis. adhæsit autem Platoni. XX. annis, post mortem autem Platonis vixit annis, XXIII. totum vtique tempus vitæ suæ numeratum, fuerunt



fuerunt anni LXIII. & (70) mortuus est in Chalcide demittens testamentum scriptum, quod fertur ab Andronico, & Ptolemæo cum voluminibus suorum tractatuũ. (71) Dimisit autem filium Nicomachum, & filiam Pythiada, proprios autem discipulos Theophrastũ, Phaniam, Plama, Eudemum, Clitum, Aristoxenum, Diçearchum, tractatus autem numero mille. (72) multa autem potuit cum regibus, qui fuerunt tempore suo Philippo Olympiade, Alexandro, & Antipatro.)73) plurimum autem vsus est organo Philosophiæ. proprium autem fuit philosophiæ Aristotelis non discedere ab euidentia. (74) composuit autem Aristoteles librum de oratione: vnde Simplicius: *quod enim intelligat & super intellectum, & super substantiam Aristoteles, manifestum est apud finem libri de Oratione plane dicens: quod Deus aut intellectus est, aut aliquid vltra intellectum.*

QVI

QVI ARISTOTELIS VITAM ſcripſerint: & de hujus Vitæ *Auctore* PET. IOAN. NVNNESI Conjectura.



RISTOTELIS Vitam ſcripſerunt quam plurimi; è quibus hi, qui injuria temporis perierunt, Citanturque à poſterioribus: Ariſtoxenus auditor ejuſdem Ariſtotelis, Hermippus, Timotheus Athenienſis, Apollodorus, Ariſtocles Meſſenius, & alij. Nam de Porphyrio dubitari vix poſſe videtur, quin in lib. de Hiſtoria Philoſophica eā perſcripſerit, vt ſcripſerat prioribus lib. Vitas ſeptem Sapientum, & Pythagoræ, & lib. 3. Vitam Socratis, & lib. 4. Platonis. Etenim ſex illius operis libros laudat Tzetzes in Chiliadibus quamuis Eunapius aliud affirmet, qui in operis ſui proœmio, illum in Platonem ejuſque tempora deſijſſe teſtatur. Verum uti de Porphyrio certi quicquam affirmari non poteſt, ita dubiū non eſt, Sotionē in magno illo opere τῆς διαδοχῆς, quod

quod sæpius à Laërtio citatur, illam scripsisse, præsertim cum ex eodem Eunapio constet, ipsum quamuis Porphyrio ætate prior fuerit, vlterius tamen historiam de vitis Philosophorum perduxisse. Suspicor quoque à Damascio, auditore Ammonij, eandem conscriptam fuisse, cum & libros de Historia Philosophica, vt Porphyrius edidisset: quos laudat Suidas. ac fortasse hæc, quam nos edimus, erat illa Damascij, nisi conturbaret hanc opinionem locus ille, in quo ad extremum Simplicium citat. cum Simplicius doctore Damascio se vsum fuisse diserto in Commentarijs Physicorũ profiteatur; quamuis fieri potest, vt discipuli testimonium aliquando laudetur à magistro, vt Aristoteles in Rhetoricis, & Poëticis citat aliquot locis Theodectem: aut fieri certe potuit, vt duo Damascij eadem ætate floruerint, de quo nil certi possum pronunciare: præsertim cum Theodorus Logotheta ἐν τοῖς συμμίκτοις duos Ammonios, & totidem Plutarchos agnoscat, vnum vero tantum Damascium. Sed vt hæc, quæ incerta sunt, mittamus, ex hac Vita Aristotelis quam nos edimus, decurtata illa fuit, quæ proposita est Commentarijs Categoriarum Aristotelis Ammonij, aut vt alij volunt, Philoponi, illa certe vulgo Philopono adscribitur. Aliam nactus erat, incerto item

item auctore, Octauianus Ferrarius : quæ vtinam prodijsset. Erat enim aliquot locis copiosior, vt cum successores Aristot. ad decem vsque producit, & in illa fit mentio Indicis librorum Aristotelis. Nostra sane belle congruit cum sensibus Ammonij, vt ex ejus officina prodijsse videatur. Etenim laborat vehementer de consensu Platonis, & Aristotelis, atque Mathematicas numerat in partibus Philosophiæ: quæ familiares sunt sententiæ Ammonij, & ejus sectatorum. Hujus nos exemplar tantum vnicum nacti sumus, & aliquot locis satis deprauatum, & aliquando mutilum: curauimus tamen, vt potuimus, illud restituere, facta comparatione cum illa vitaGræca,quę Philopono tribuitur, licet illa multo auctior hujus contentione reddatur. Afferent tamen nobis multum ornamenti Halicarnasseus in epistola ad Ammæum, qui circũscriptius, & distinctius, quam ceteri Vitam Aristotelis persecutus est, atque Laertius, & Suidas. Et quoniam in hac Vita mentio plerunque fit, τῶν ἀρχόντων, quibus tunc Athenis singuli anni notabantur, curauimus initio eorum seriem ex Diodoro, & alijs describendam: vt facilius, quæ ab hoc auctore,& cęteris traduntur,& certius percipi possent. Illud vnum vehementer dolendum, Græcum exemplar hujus vitæ nobis

bis non contigiſſe, neque illud, quod præpoſitum eſt Commentarijs Categoriarum purum putum Græcum eſſe, ſed videri potius ex tranſlatione veteri conuerſum: quod item accidiſſe libris de Plantis, qui Ariſtoteli tribuuntur, videtur. Neque vero ſeriem τῶ ἀρχόντων ab Ariſtotelis ætate tantum repetiuimus, ſed altius ab ortu Socratis, vt certius percipi poſſint, quæ huic Vitæ de ætate Socratis, & Platonis aſperſa ſunt. Ordiemur igitur à ſeptuageſima ſeptima Olympiade, qua natus *Socrates* exiſtimatur.

CHRO-

CHRONOLOGIA in Olympiades,& ἄρχοντας distincta,

Ab ortu Socratis ad mortem vsque Aristotelis.

Olymp. LXXVII. 1. *Chares.*
2. *Praxiergus.*
3. *Demotio.*
4. *Apsephio*, aut *Aphepsio*, aut *Phædo.* Socrates nascitur.

Olymp. LXXIIX. 1. *Theagenidas.*
2. *Lysistratus.*
3. *Lysanias.*
4. *Lysitheus.*

Olymp. LXXIX. 1. *Archidemides.*
2. *Tlepolemus.*
3. *Cono.*
4. *Euhippus.*

Olymp. LXXX. 1. *Phasiclides*, aut *Phrasicles.*
2. *Philocles.*
3. *Bio.*
4. *Mnesithides.*

Olymp. LXXXI. 1. *Callias.*
2. *Sosistratus.*
3. *Aristo.*

4. *Lysi-*

4. *Lysicrates.*

Olymp. LXXXII. 1. *Charephanes.*
2. *Antidotus.*
3. *Euthydemus.*
4. *Pedieus.*

Olymp. LXXXIII. 1. *Philiscus.*
2. *Timarchides.*
3. *Callimachus.*
4. *Lysimachides.*

Olymp. LXXXIV. 1. *Praxiteles.*
2. *Lysanias.*
3. *Diphilys.*
4. *Timocles.*

Olymp. LXXXV. 1. *Myrrhichides.*
2. *Glaucides.*
3. *Theodorus.*
4. *Euthymenes.*

Olymp. LXXXVI. 1. *Nausimachus.*
2. *Antilochides.*
3. *Chares.*
4. *Aspeudes.*

Olymp. LXXXVII. 1. *Pythodorus.*
2. *Euthydemus*, alias *Euthynus.*
3. *Apollodorus.*

Epaminon-

4. *Epaminondas*, alias *Lysimachus*. Plato nascitur.

Olymp. LXXXIIX. 1. *Diotimus*.
2. *Euclides*.
3. *Euthydemus*.
4. *Stratocles*.

Olymp. LXXXIX. 1. *Isiarchus*.
2. *Amynias*.
3. *Alcæus*.
4. *Aristo*.

Olymp. XC. 1. *Aristophylus*.
2. *Archias*.
3. *Antipho*.
4. *Euphemus*.

Olymp. XCI. 1. *Aristomenestus*.
2. *Chabrias*.
3. *Pysander*.
4. *Cleocritus*, al. *Clearchus*.

Olymp. XCII. 1. *Callias*.
2. *Theopompus*.
3. *Glaucippus*.
4. *Diocles*.

Olymp. XCIII. 1. *Euctemo*.
2. *Antigenes*.

3. *Callias.*
4. *Alexias.*
Olymp. XCIV. 1. *Pythodorus*, siue *ἀναρ-χία.*
2. *Euclides.*
3.
4.
Socrates moritur. *Olymp.* XCV. 1. *Laches.*
2. *Aristocrates.*
3. *Ithycles.*
4. *Lysiades.*
Olymp. XCVI. 1. *Phormio.*
2. *Diophantus.*
3. *Eubulides.*
4. *Demostratus.*
Olymp. XCVII. 1. *Philocles.*
2. *Nicoteles.*
3. *Demostratus.*
4. *Antipater.*
Olymp. XCIIX. 1. *Pyrrhio.*
2. *Theodotus.*
3. *Mysichides.*
4. *Dexitheus.*
Aristoteles nascitur. *Olymp.* XCIX. 1. *Diotrephes.*
2. *Phanostratus.*

4. *Menan-*

3. *Menander*, alias *Euander*.
4. *Damophilus*.
Olymp. C. 1. *Pytheas*.
2. *Nico*.
3. *Nausinicus*.
4. *Chabrias*.
Olymp. CI. 1. *Chariander*.
2. *Hippodamus*.
3. *Socratides*.
4. *Astius*.
Olymp. CII. 1. *Alcisthenes*.
2. *Phrasiclides*.
3. *Dysnicetus*.
4 *Lysistratus*.
Olymp. CIII. 1. *Nausigenes*. Platonis adit.
2. *Polyzelus*.
3. *Cephisodorus*.
4. *Chio*.
Olymp. CIV. 1. *Timocrates*.
2. *Chariclides*.
3. *Molo*.
4. *Nicophemus*.
Olymp. CV. 1. *Callimedes*.
2. *Eucharistus*.

 3. *Cephi-*

3.*Cephisidorus*, aut *Cephisodotus*.
4. *Agathocles*.

Olymp. CVI. 1. *Elpinus*, aut *Elpines*, aut *Elpinices*.
2. *Callistratus*.
3. *Diotimus*.
4. *Eudemus*.

Olymp. CVII. 1. *Aristodemus*.
2. *Thessalus*.
3. *Apollodorus*.
4. *Callimachus*.

Olymp. CIIX. 1. *Theophylus* alibi *Theomnetus*.

Plato moritur.

2. *Temistocles*.
3. *Archias*, al. *Archidas*.
4. *Eubulus*, al. *Eudorus*.

Olymp. CIX. 1. *Lyciscus*.
2. *Pythodorus*, alias *Pythodotus*.

Aristoteles ad Philippũ proficiscitur.

3 *Sosigenes*.
4. *Nicomachus*.

Olymp. CX. 1. *Theophrastus*.
2. *Lysimachides*.
3. *Charõdas*, al. *Charonidas*.
4. *Phry-*

4. *Phrynichus.*
Olymp. CXI. 1. *Pythodorus*, alias *Pythodemus.*
2. *Euanetus.*
3. *Ctesicles.*
4. *Nicocrates.*
Olymp. CXII. 1. *Niceratus*, alias *Anicetus*, & *Nicetes.*
2. *Aristohanes.*
3. *Aristopho.*
4. *Cephisopho*, al. *Cesipho.*
Olymp. CXIII. 1. *Euthycritus.*
2. *Hegemo, à Dionysio Halicarn. interpositus*
3. *Chremes*, alias *Cremes.*
4. *Anticles.*
1. *Sosicles.* } Hi duo omissi apud Dionys.
Olymp. CXIV. 1. *Agesias.* }
2. *Cephisodorus.*
3. *Philocles.* Aristoteles moritur.
4. *Archippus.*
Olymp. CXV. 1. *Apollodorus.*
2. *Neæchmus.*

PET. IOAN. NVNNESII

NOTÆ
AD
Vitam Aristoteles.

1. RISTOTELES *Philosophus de gente quidem fuit Macedo, & patria vero Stagiritanus. Stagira autem ciuitas est Thraciæ.*] De patria Aristotelis omnes scriptores consentiunt natum scilicet eum *Stagiris* fuisse, sed de natione magna inter duos Græcos recentiores dissensio. Andronicus namque Macedonum eum fuisse contendit, Michael contra nescio quis Thracem. & Andronicus suam sententiam confirmabat testimonio Ptolemæi, qui in regione Amphaxitide Macedoniæ *Stagira* collocat. Michael autẽ, quo argumento probaret Thracem eum fuisse, non legi. poterat tamen Pausaniæ vti testimonio in Eliacis. Is enim, quo loco meminit statuæ, quæ Aristoteli posita fuit, *Stagira Thraciæ* appellat. Herodotus quoque in Polymnia, & Thucyd. l. 4. & 5. videntur *Stagiron Thraciæ* attribuere.

æ. Nec mirum mutatis imperijs, & fines mutatos fuisse. Etenim Hispaniæ nostræ legimus sub Hadriano imperatore contributam Mauritaniam Tingitanam transfretensem, & sub Constantino Magno Baleares etiam insulas Hispaniæ prouinciæ attributas. Sic & Macedoniæ terminus erat Strymon fluuius, qui illam à Thracia separabat, vt testantur Strabo, Mela, Plinius, Solinus, & alij. At Philippus rex pater Alexandri Magni prorogatis longius ejus finibus, Nessum fluuium terminum Macedoniæ constituit. Vtrumuis autem fluuium terminum præscribas Macedoniæ, Stagiros, ad Macedoniam pertinebit. Neque vero credibile est tam late patuisse fines Macedoniæ sub eo Alexandro rege, cui Amyntas pater Philippi successit. Scribit namque Iustinus ex Trogo Alexandrum illum à Xerxe rege Persarum donatum fuisse imperio totius ejus regionis, quæ inter Olympum, & Hæmum montes patet. Quare Stagiritæ ante ætatem etiam Aristotelis Macedones erant, non Thraces. quin etsi Thraciæ olim Stagiros fuisset, tamen Herodotus lib. 7. illam πόλιν ἑλλάδα, id est, *ciuitatem Græcam* vocat, & Thucyd. lib. 4. & 5. coloniam illam Andriorum facit, hoc est Atheniensium, vt ejus Scholiast. Græcus interpretatur. Non erant

igitur Stagiritæ barbari, sed humanitatis morum politi. neque vero Aristoteles tanta fuisset cordis stupiditate præditus, vt cum se Thracem esse agnosceret, dictum illud Theodori plenum contumeliæ in Niconem citharœdū referret lib. 3. cap. 11. Rhetoric. * θράττει σε. in quo παράγραμμα latet apertum, quo eum irridebat, vt idem Aristoteles interpretatur, quasi Thracem, & barbarum. Idem Aristoteles section. 14. problem. scribit nationem quandam fuisse Thraciæ, quæ ad quaternarium tantum numerare nouerat, neque vsque ad denarium numerationem producebat, vt cæteri Græci, & barbari. quod argumentum erat insignis stuporis. Iamvero etiamsi Thrax fuisset Aristoteles, insignis tamen ejus laus fuisset, vt inter Scythas Anacharsim floruisse. Sed his omissis, *Stagiros* numero singulari, vt appellatur ab Herodoto, Thucydide, & epitome Strabonis: aut *Stagira* numero plurali neutri generis, vt à Pausania, Stephano, & alijs: aut *Stagira* numero singulari, vt Diog. Laërt. in Aristotelis Testamento, & Euseb. lib. 5. præpar. & alij flectunt, vrbs erat in littore sinus Strymonici cum portu, cui nomen κάπρος, id est, *aper* & insula parua ejusdem nominis, vt legitur in epitoma Strabonis. ex qua & V.C. nos apud Melam

* id est, conturbat te, aut ex Thratta te natum significat paronomasia.

in

n Thraciæ descriptione olim restituimus pro *caprulos* more Greco, vt solet sæpe Mela, *κάπρων λιμήν*, id est, *apri portus*: ea vrbs alio nomine *Orthagoria* vocata, vt refert Ortelius ex Sophiano, at Plin. in Thraciæ mediterraneis collocat Maroneã vltra Nessum fluuium, quam Orthagoream ait antea vocatam; vt suspicer Ortelium à seipso, aut à Sophiano in eum errorem inductũ. porro *Stagira* Sophiano nunc *Libanona*, Nicetas tamen, & Franc Patricio nostro, qui ea loca nauigauit, & alijs *Macra* nunc appellatur, alijs *Nicalidia*. *Stagiritanus* autem pro *Stagirites*, aut *Stagirita*, non satis Latine vsurpatum, vt alia multa in hac tralatione.

2. *Vicina Olyntho, & Methone.*] *Olynthon* maximam vrbem Thraciç vocat Xenophon. Libanius in argumento Olynthiacarum Demosthenis, vrbem item Thraciæ facit à Chalcidensibus Euboicis habitatam. ad eam condendam scribit Diodorus libro 12. excitatos fuisseChalcidenses à Perdicca Macedone Olymp. 86. *Olynthon* porro collocat Mela inter Athon, & Pallenẽ, at Plin. prope ostia Nessi fluminis: vt necesse sit aut duas fuisse Olynthos, aut in altero mendũ Assentior certe potius Melç, quia Chalcidica prope Athon montẽ describitur. de Methona, 4. quidẽ ejus nominis vrbes tradiderat Deme-

trius Magnes apud Harpocrationem, & Suidam, in cujus lexico totus pœne Harpocratio exhaustus. Stephanus quintam addit. Scholiastæ prisci Hom. vt refert Eustat. libr. 2. Iliad. tres tantum numerabant: vnam Macedoniæ Eretriensium coloniam, alteram sub Philocteta, cujus meminit Homer. in Catalogo, quæ est in Pthiotide regione Thessaliæ: tertiam circa Trœzenem. alij scholiastæ aliter tres recensebant *Methonas*, vt idem scribit, vnam sub Philocteta, alteram Thraciæ, in cujus expugnatione alterum oculum amisit rex Philippus, tertiam Peloponnesi: quæ videtur eadem esse, atque illa circa Trœzenem. His addit Stephanus Persidis vnam, alteram Eubœæ. Ita sex videntur *Methonæ*, non quinque vt ait Stephanus. nisi dicas eandem fuisse Macedoniæ, & Thraciæ: quod est verisimile. Etenim in Macedonica Methona erutum oculum Philippo scribit Strab. lib. 8. quæ in ejus epitoma dicitur à *Pydna* 40. stadijs abesse. at Eustat. in *Methona* Thraciæ ait illi effossum oculum. sed, vt eadem sit, longe videtur à Stagiris disiuncta. Longius quidem abest quam Olynthus à Stagiro. ab *Olyntho* tamen non procul distat *Pydna*: cui proxima *Methona*. & has fortasse vrbes tantum commemorauit hic scriptor propter locorum celebritatem. quod autem

autem proxima sit *Olyntho Methona*, satis declarat Plutarch. in Parallelis minoribus cum scribit prope *Olynthum* Philippum altero oculo orbatum fuisse: quod cæteri scriptores in agro Methonæ accidisse commemorant.

3. *Filius autem fuit Nicomachi, & Phæstidis.*] in Laërtio Græco Henrici Stephani legitur Φαιστιάδος, & in Suida. apud Halicarnasseum tamen in epistola ad Ammæum Φαιστίδος editum, & in vita Græca, quæ præponitur commentarijs Ammonij, quam lectionem legitimam esse confirmat epigramma Græcum, quod deinceps in eadem vita legitur cujus hexameter talis est:

Φαιστίδος ἦν μητρὸς, καὶ Νικομάχου γενετῆρος.] vbi Φαιστίδος dactylus est, nisi πάθος aliquod versui accidisse dicas. periocha interponitur hoc loco in Aristotelis vita Græca, quæ paulo post legitur in hac tralatione. Ita quam plurima reperies immutata, si vtramque compares: vt furtum fortasse tegeretur.

4. *Ambobus à Machaone Asclepiade descendentibus*] de patre quidem Aristotelis consentiens est omnium scriptorum opinio, genus illum à Machaone heroe Æsculapij filio duxisse: quam originem Laërtius ab Hermippo vsque repetit, qui de vita Aristotelis

ſtotelis atque ejus diſcipulorum accurate ſcripſerat. Suidas item, *Nicomachus* ait, *& ipſe Stagirita filius Machaonis filij Aeſculapij : à quo genus ducebat Nicomachus pater Ariſtotelis Philoſophi*. Vt vehementer mirer, quid venerit in mentem Tzetzæ in Chiliadibus vt *Aſclepiadem* illum fuiſſe pronunciauit τρόπικῶς nominatum, quod medicus profeſſione fuiſſet: quaſi vero altera quoque ratio illi non conueniret. matrem tamen Ariſtotelis ſolus hic auctor in Aſclepiadarum familiam retulit. Nam Dionyſius Halicarnaſſ. cujus magna in hiſtoria auctoritas, diſerte tradit illam genus duxiſſe ab illis Chalcidenſibus qui coloniam Stagirorum deduxerant. ita vtrunque parentem Ariſtotelis natione Græcum fuiſſe profitetur Dionyſius Halicarnaſſenſis. Hic tamen ſcriptor ſententiam ſuam comprobat illo epigrammate diſticho, in quo poſt hexametrum, quem ſupra protulimus, ſequitur hic pentameter: τῶν Ἀσκληπιαδῶν δῖος Ἀριστοτέλης, quaſi ipſum τῶν Ἀσκληπιαδῶν ad vtrumque parentem neceſſario referendum ſit, neque poſſit, quod planius multo eſt, ſic accipi ἐκ τῶν Ἀσκληπιαδῶν φύσεως· quod & in patris tantum familia Græce proprie, & vere vſurpari poteſt. In Græcam Vitam irrepſit hoc loco ſcholion παρέλκον. Sic enim

nim legitur ἀμφότεροι δ᾽ ἦσαν ὅτι Νικόμα-
ος, καὶ ἡ Φαιστὶς τὸ γένος εἶχον ἀπὸ Ἀσκλη-
ιοῦ. in quibus verbis plane illa redundant
τε Νικόμαχος, καὶ ἡ Φαιστὶς: matris autem
utem suæ imaginem jussit Aristoteles me-
ioriç, & pietatis ergo à Protogene egregio
jus ætatis pictore pingi, quç inter opera il-
us insignia refertur à Plin. lib. 35.

5. *Sicut designat epigramma.*] Auctor
ujus epigrammatis qui fuerit, incertum.
:d fortasse aliquis è schola Alexandrina: in
ua Ammonius, Origenes, Olympiodorus,
: alij floruerant, qui Platonem soliti erant
θεῖον appellare, quod in disputatione re-
ım diuinarum mirabiliter præter cæteros
xcelluisset, Aristotelem vero tantum δαι-
μόνιον, quod inferiori conditione, & loco
set, qui in naturalibus, & Logicis etiam
latoni præstitisse existimatur: vt refert
heodorus Logotheta ἐν τοῖς συμμίκτοις.
aq; cum in versu recipi apte posset θεῖος,
ortę maluit τὸ δῖος: ne laudem proprie
ı Platone à priscis Philosophis vsurpa-
ım in Aristotelem transfunderet. Illi ta-
ıen dum concedunt Aristotelem in Logi-
.s cæteris philosophis, Platoni etiam præ-
itisse, fateantur necesse est, in omnibus par-
bus quoque Philosophiæ illum familiam
duxisse,

duxisse, aut negent, quod est perabsurdum, logicam à Philosophis inuentam fuisse, vt ejus vnius præsidio veritas constans, & certa ratio in omnibus partibus philosophiæ asséreretur.

6. *Insignis Aristoteles.*] Græce δῖος legitur, vt monui: quod epitheton Latini quoque Poëtæ vsurpant: vt Virgilius libr. XI. Æneid. *dia Camilla.*

7. *Sed Arimnestus, & Arimneste.*] idem Suidas. Arimnesti autem mentio fit in Aristotelis testamento apud Laërtium.

8. *Nicomachus autem Medicus fuit Amyntæ regis.*] De *Amynta* rege Macedoniæ patre Philippi, vt alia omittam, tantum illud elogium ex Iustini compendio referam: *Hic quoque insignis industria, & omnibus imperatorijs virtutibus instructus fuit: qui ex Eurydice tres filios sustulit, Alexandrum, Perdiccam, & Philippum Alexandri Magni Macedonis patrem.* Diogenes Laërt. in Aristotele scripsit, Amyntam regem vsum fuisse Nicomacho patre Aristotelis & medico, & amico.

9. *Et ad memoriam proprij patris Aristoteles suum filium Nicomachum appellauit.*] Ammon. in Commentarijs Categoriarum in Homonymis, quæ *à consilio* vocantur, numerat ea, quæ κατὰ μνήμην dicuntur, id est

: *ob memoriam*, cum aliquis, inquit, no-
ine majorum filium suum appellat: ita à
omine aui impositum fuit filio Aristotelis
omen *Nicomachi.* natus *Nicomachus* Ari-
oteli ex Herpylide scorto , quacum con-
ncte vixit Aristoteles ad extremum vsque
iritum, vt commemorat Athenæus præ-
r alios lib.13. ex Hermippi libro 1. de A-
stotele , & Laërtius ex Timotheo Athe-
ensi, quod Timæus Tauromenita Aristo-
li infensissimus, calumniabatur Aristote-
m fecisse, secutum consilium Hesiodi. à
ua calumnia vindicat Hesiodum diligen-
:r Proclus in ejus Comment. lib.2.*ἔργων.*
:rs.24. Apud Eusebium certe libr. 15. de
ræp. Euang. tantum legitur ex Apellico-
e , & Suidam post obitum *Pythiadis* du-
tam fuisse ab Aristotele vxorem *Herpylidē*
tagiris oriundam,ex eaque filium sustulisse
licomachum.

10. *Cui & Nicomachia Ethica scripsit.*]
cripserat Aristoteles tria volumina Ethico-
um , *Magna* scilicet , quæ inscribuntur
Moralia, & *Eudemia*, & *Nicomachia* : vt
:censet Simplicius in Comment. Categor.
uanquam in indice Laërtij non leguntur
isi quinque tantum libri nomine Ethico-
um. In nullo autem illorum voluminum
pectatur is numerus , sed aut major , aut
minor.

minor. Etenim *Magnorum moralium*, qui ad patrem ſcripti vulgo putantur, duo ſunt tantum libri, & propterea fortaſſe breuiores, quique problematum more cito dubitationum ſolutiones expediunt. *Eudemiorum* libri ſunt octo multo pleniores, ad Eudemum diſcipulum ſcripti. ſed omnium pleniſſimi, & accuratiſſimi libri *Nicomachiorum*, quos filio Nicomacho Ariſtoteles *προσεφώνησε*, ob quam etiam cauſam illos *Nicomachiorum* nomine inſcripſit. quanquam ſunt qui dubitant, ſit ne filius Nicomachus eorum auctor, an pater Ariſtoteles, adducti loco Tulliano ex lib. V. de fin. cum ait: *Quare teneamus Ariſtotelem, & ejus filium Nicomachum: cuius accurate ſcripti de moribus libri dicuntur illi quidem eſſe Ariſtotelis, ſed non video cur non potuerit patri ſimilis eſſe filius.* hunc locum itaque interpretantur de his Nicomachijs, quaſi à Nicomacho edita fuiſſe non neget, aut potius innuat Cicero. neque mirum: nomina enim hujuſmodi κτητικὰ, tam in auctore operis, quam in in eo cui deſponſum eſt, dici poſſe videntur. ſic & Alexand. in Commentar. lib. 2. Topic. laudat Εὐδήμεια ἀναλυτικὰ, ἢ Εὐδήμου ὑπὲρ ἀναλυτικῶν, quaſi τὰ Εὐδήμεια in auctore vſurpentur. conſentiens tamen, & vna vox explanatorum Ariſtotelis

atque

que ejus sectatorum est, horum librorum
rentem fuisse Aristotelem. Enimuero
iidas scribit Nicomachum discipulũ fuisse
ıeophrasti, ab eoque sex lib. Ethicorum
itos. Euseb. illud refert ex Aristocle, de
dem Nicomacho, *eum aiunt pupillum edu-
tum fuisse à Theophrasto, posteaque in
llo cum adolescentulus esset, mortuum
isse.*

11. *Itaque habitus fuit quidem ejus circa
ilosophiam, & medicinam à patre, & pro-
ia prima generatione.*] Aristotelem gratum
isse Alexandro medicinæ causa scribit
utarchus in Alexandro. Ælianus item.
.9. Var. Histor. cap. 22. multos philoso-
os docet operam nauasse studiose medi-
næ: in quibus numerat *Aristotelem* Ni-
machi filium. de patre autem Aristotelis
tis liquet medicum fuisse ex superioribus:
ibus illud addit Suidas sex libros ab illo
nscriptos de medicina, & vnum Physico-
m. Galenus sane lib. 5. *de composit. medic.
und. genera* emplastrum quoddam Nico-
achi profert: quod ab hoc Nicomacho
rtasse editum, nisi forte ad filium Machao-
s referendum quis putet: de quo supra ex
iida disseruimus. quod sequitur *ex pro-
ia generatione.*] perspicuum est: quasi
lit dicere jure quodam hereditario stu-
um Medicinæ ad Aristotelem pertinuisse.

D quat-

quatuor enim ſupra deſcripſimus medicos inſignes ex majoribus Ariſtotelis, *Aeſculapium* nempe, *Machaonem*, *Nicomachum* Machaonis filium, & alterum *Nicomachum* parentem Ariſtotelis. de Æſculapij medicina ita vulgo notum, vt pudeat illud nominatim referre. tantum illud apponam reſidere adhuc famam inuentorum ejus in nominibus Aſclepiadis herbæ, & Aſclepij panacis, & Aſclepij paſtilli: de quo Gal. lib. 5. *de comp. Medic. ſecund. genera*. Machaonis Medicina verſibus Homeri celebrata. Nicomachi vtriuſque medicina nota ex Suida & alijs.

12. *Poſt mortem autem Nicomachi, & Phaſtidis parentum ducitur ad quendam Proxenum Atarnenſem: cuius etiam educationis recordatus Ariſtoteles non ſolum eius filium Nicanorem educauit, & omni doctrina erudiuit, verum etiam eum ſibi filium adoptauit.*] Poſt hæc verba in exemplari, quod vnicum nacti ſumus, deerant illa, quæ interpoſuimus repetita ex vita Græca, quæ præpoſita eſt Comment. Categoriar. Ammonij vſque ad illum locum *nomine Pythiada*. de *Proxeno Atarnenſi*, qui educauerat Ariſtotelem, mentio fit in teſtamento Ariſtotelis, quo juſſit ei, atque ejus vxori ſingulas imagines θρεπτηρίων memor poni, atque filiam ſuam Pythiada filio ejus Nicanori in matri-

natrimonium collocari: quantumque honorem Nicanori haberi voluerit, idem testamentum plane declarat. *Nicanores* autem res fuisse commemorant Harpocratio, & Suidas: è quibus tertium faciunt Stagiritã, de quo Hyperides in Demosthenem locutus erat. quem supicor esse hunc nostrum, nisi forte est ille Calathusius, cujus meminit Stephanus in Μίεζα. nam alius Nicanor Hermiæ filius, cujus mentio in Steph. in ἀθλιϐις, non est hic noster: quia floruit sub Hadriano, ad quem & scripsit Grãmaticus Alexandrinus vt ait Suidas. De Atarno opido è regione Lesbi sito, Vide Herod. Strab. Plin. Pausaniã & alios. Suidas regionem facit Atarnum Mysiæ ad Hellespontum. Stephanus inter Mysiam. & Lydiam collocat.

13. *Et moriens in suo testamento jussit suam filiam Pythiada genitam illi à Pythiade tradi illi Nicanori in vxorem.*] Aristoteles duxit vxorem Pythiada filiam Hermiæ Eunuchi, tyranni Atarnensis, siue ea esset filia Hermię θετὴ, vt ait Suidas in voce Hermias, siue ab eo genita, vt paulo post & in Aristotelis vita idem Suidas disertim prodit, quãuis spado esset: vt necesse sit mendũ aliquod esse in illo θετὴν, aut ex diuersis scriptoribus illa, vt alia multa, in illud lexicon irrepsisse

psisse. posterius tamen est credibilius. Etenim Aristocles Messenius apud Eusebium loco supra citato scriptum reliquit *Pythiada* sororem germanam Eunuchi, & filiam ejusdem adoptiuam nupsisse Aristoteli. ex quo loco emendandus ille locus Laërtij in Aristotele, *aiunt junxisse Hermiam affinitatem cum Aristotele data ei filia,* aut ἀδελφιδῆ, vt ait Demetrius Magnes: reponendum namque ἀδελφῆ, id est *Sorore*. de amicitia autem *Hermiæ, & Aristotelis* quæ plerisq; suspecta fuit, desinet criminari Aristotelem, qui Apelliconis scripta legerit, vt refert idem Aristocles. de nuptijs vero Pythiadis, satis cumulate satisfacit idem Aristoteles in epistolis ad Antipatrum, cum ait, se illã duxisse ob beniuolentiam, qua Hermiam prosequebatur, & quod ejus vicem doleret propter insignes fratris calamitates, quodq; præterea pudica, & honesta esset. sed quomodo se res habeat, Aristoteles filiam suam nomine matris Pythiada appellauit: quæ nupsit tribus viris, vt ait Sextus Empiricus, primo quidem Nicanori Stagiritæ, familiari Aristotelis: secundo Procli, qui genus duxerat à Damarato rege Lacedæmoniorum. Is duos ex ea suscepit filios, Proclem, & Damaratum, qui Philosophiæ dederant operam apud Theophrastũ: tertio Metrodoro Chry-

sippi

ppi quidem Cnidij discipulo, præceptori item Erasistrati: cui natus est filius Aristoles. hujus Aristotelis fit mentio in testaento Theophrasti apud Laërtiũ quamuis eo Midiæ, non Metrodori filius dicitur, isi mendum in eo loco: eandem ante Ariotelem decessisse testatur Suidas.

14. *Aristoteles autem iuuenis existens dorinam eloquentiæ docebatur.*] Græce legitur ὼ τῶν ἐλευθέρων ἐπαιδεύετο, quasi dicat octrina ingenuorum, aut liberali erudieatur: vt videatur innuere *Liberales artes* ppellatas à liberis hominibus & ingenuis, uod pueri, & adolescentes ingenui vulgo las discerent, antequam ad rempublicam ccederent. Aristoteles tamen libr. 8. Poticor. sic hæc definit. eam vocat *doctriam liberalem*, quæ corpus non reddit inuile ad virtutes exercendas, neque animam, eque mentem reddit vilem, & abjectam, vt rtificia mercenariorum, & sellulariæ artes. 1æ enim, cum studeant quæstui, animum à uo splendore auocant, & corpus sordious sui artificij inquinant. quin & artes, quę unt sua natura ingenuæ, vt quæ animam naxime à corpore, & ejus illecebris, atque omni libidine seducunt, vt Philosohia, si quis ita tractet, vt totus sit in illis, eq; vnquam ea intermittat, sordidum aniũ, & illiberalem Arist. efficere censentur,

 & ipsę

& ipsæ sordidæ esse, & illiberales. deinde si non exerceantur causa virtutis, aut nostra ipsorum, aut amicorum, sed quęstus aut ambitionis liberalium quoque numero judicio Aristotelis eximuntur. præterea, vt ait Pasicrates Aristotelis auditor libro primo de Sapientia, quibusdam videtur illiberale, & sordidum esse singula anxie nimis, & scrupulose quærere, vt in commercijs, sic in studijs litterarum, neque videre non omnium rerum, quæ litteris tractantur, idem esse ingenium: sed alias pro sua natura recipere exquisitam istam, & subtilem disputationem, vt Mathematicas, alias vero, quæ conjecturis magis, & hominum opinione nituntur, mediocri quadam cognitione esse contentas: vt Physiologiam, quæ magnam partem est εἰκοτολογία, id est, *disputatio ex verisimilibus*, vt prisci philosophici censuerunt. Quare, vt in pauca conferam, *Liberales artes*, quas liberum hominem scire æquum est, sunt quæ honestatis causa, & honesto, atque ingenuo more discuntur. earum tres gradus videntur veteres fecisse, vt nos alibi obseruauimus: quorum primum appellat Plin. lib.35. cap.10. eum, in quem sero quidem apud Græcos ætate nimirum Philippi, & Alexandri recepta est *pictura*, cũ gradũ institutionis faciebant omnes ingenui olim apud Græcos: cui primum
tria

:ia studia attributa, quæ more, & instituto
rçcorum, vt in fabula palliata recenset Te-
:ntius in Eunucho:

——fac periculum in litteris,
Fac in palæstra, in Musicis: quæ liberum
Scire æquum est adolescentem, solertem
dabo.

Iis accessit ad extremum auctoritate Pam-
hili Macedonis pictoris magistri Apellis
uartum studium *Pictura: quo effectum est,*
t inquit Plinius, *primum Siryone, deinde in*
ota Græcia, vt pueri ingenui ante omnia dia-
raphicen, id est picturam in buxo docerentur,
eciperet urque ars ea in primum gradum libe-
alium. Itaque Aristoteles libr. 8. Politico-
um eam sententiam secutus, quattuor artes
lle docuit, quas fere vulgo ingenui disce-
:ent. eæ erant Γράμματα, vt ille loquitur,
ioc est *Grammatistica*, vt postea est ab As-
:lepiade separatim nominata, vt à Gram-
natica, cujus amplior gradus est, differret,
Gymnastica quæ in palæstra exercebatur, &
Musica, vt nunc loquimur, *practica*, atque
id extremum *Pictura.* alter gradus artium
iberalium est earum, quę propter Philoso-
phiam discebantur: vltimus philosophiæ.
Ita Simplic. in Commentar. in libr. 2. de
Cœlo. *Littera*, id est, *Grammatistica*, inquit,
discenda ad Mathemata percipienda, ea autem
propter philosophiam. Sic & Sex. Chæroneus

multo antiquior aduersus Mathematicos inscripsit eos libros, in quibus disputat cõtra earum artium constantiam, quæ post Grammatisticã ante philosophiam discebãtur: in quibus numerat *Grammaticam, Rhetoricam*, & quatuor *Mathematicas*. nam *Logicam*, quoniam propter philosophiam potissimum reperta ab ijsdẽ Philosophis fuit, vt ait Alexander in tertio gradu vna cũ philosophia censuit. tertio gradui attributa est *Philosophia*. ad quem etiam videntur reuocandæ illæ, in quibus vltimum nostrorum studiorum gradum facimus: vt *Medicina, Jurisprudentia*. Sed de his plura alibi: nunc, quod hujus loci est propriũ de secundo gradu artium liberalium potissimũ, quod scribitur hoc loco, accipiendum. nam cũ poëtarum studio conjuncta erat ars Grammaticorum, qui magnam partem sui studij in poëtarum explanatione consumebant. neque vero hoc loco nulla Mathematicarum facta mentio, quod eas tum Aristoteles non didicisset. neque enim à Platone receptus fuisset in scholã, nisi eas cognitas attulisset, cum à Platone in foribus Scholæ illud proscriptum esset, μηδεὶς εἰσίτω ἀγεωμέτρητος, *nemo ingrediatur Geometriæ ignarus*. Sed fortasse quia quicumque fuit auctor hujus vitæ siue Philoponus, siue Damascius, è schola Ammonij profectus, existimauit Mathema-

hematicas partes esse Philosophiæ: quæ
ententia est Ammonij, propterea fortasse
ion meminit illarum hoc loco: quanquam
eteres Academici, & Peripatetici, atque e-
iam Stoici illas partes Philosophię esse no-
uerunt, sed προπαιδείας, id est *priores insti-*
utiones potius, vt Plato 7. de Republ. illas
ppellat. Porro quibus magistris vsus fue-
it Aristoteles ad has artes liberales cogno-
cendas nusquam memini me legisse.

15. *Quod declarant Homeri commenta.*]
i Aristotelis vita Græca legitur τὰ Ὁμήρου
προβλήματα, id est *Homeri quæstiones*. cu-
usmodi quæstiones multæ leguntur in
cholijs Odyssææ quæ Didymo attribuuntur,
ed multo plures in scholijs Iliadis. legi item
cholia in Odyssеam in certi auctoris M. S.
i quibus multę ejusmodi quęstiones dilue-
antur. Porphyrij etiam extat liber ejusdem
rgumenti in Homerum, & in parecbolis
ustathij licet multas ejusmodi legere, atq;
pud explanatores cęteros cum Gręcorum,
um Latinorum poëtarum. de quarum quę-
ionum fontibus vnde possint inueniri, &
e ratione dissoluendi illas multa subiliter
ristoteles in Poëticis: quæ præcepta præ-
are illustrarentur, si Aristotelis *quæstio-*
es Homericæ in hanc lucem prodirent.
aërtius sane in indice sex libr. earum edi-

tos ab Aristotele testatur: quanquam ἀπορήματα Ὁμήρου ea nominat, alio quidem nomine, sed eodem sensu. sic & in Phrynichi epitoma nominum Atticorum M. S. & à nobis edita, citatur Aristoteles ἐν τοῖς ἀπορήμασιν Ὁμήρου, quamuis in diuulgatis legitur ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασι: male: quasi Commentarij essent insignium dictorum, & factorum Homeri, vt illi Socratis inscripti à Xenophonte eodem nomine. citantur aliquot loci ex his libris Aristotelis vt conijcere licet, in scholijs antiquis Iliad. vt lib. Δ. & Φ. atque in Schol. Odysseæ A. M. & in parecbolis Eustathij multo pluribus locis, &c.

16. *Iliadis dictamen, quod dedit Alexandro.*] poëma à barbaris vocabatur *dictamen*: vt constat ex eorum scriptis. Hujus libri nulla mentio in vita Græca. Videtur autem hic liber fuisse ἡ Ἰλιὰς ἐκ τοῦ νάρθηκος, vt aperte colligi potest ex Plutarchi Alexandro. in quo hæc de studio litterarum, & legendi Alexandri scribit, καὶ τὴν μὲν Ἰλιάδα τῆς πολεμικῆς ἀρετῆς ἐφόδιον καὶ νομίζων καὶ ὀνομάζων, ἔλαβε μὲν Ἀριστοτέλους διορθώσαντος ἣν ἐκ τοῦ νάρθηκος καλοῦσιν· id est, *ac Iliadem quidem militaris virtutis viaticum, & existimans, & appellans, accepit ex Aristo-*

ristotelis quidem emendationē, quā ex Nar-
ecio vocant. Narthecij autem, aut scrinij
nguentorum, vt loquitur Plinius inter
olia Darij regis, quæ cœpit Alexander, &
uam preciosum fuerit, meminit Plinius
b.7.cap 29. & addit ibidem, vt jusserit in
o asseruari Alexander libros Homeri. Stra-
o tamen lib 13. aliter hæc narrat. is enim,
ım docet, quam studiosus Alexander fue-
ıt Iliensium propter cognationis necessi-
ıdinem, qua cum illis conjunctus erat, &
uod Homeri esset studiosus, hęc subjungit:
Φέρεται γοῦν τις διόρθωσις τῆς Ὁμήρου ποιή-
εως ἡ ἐκ τοῦ νάρθηκος λεγομένη τοῦ Ἀλεξάν-
ρου, μετὰ τῶν περὶ Καλλισθένην καὶ Ἀνάξαρχον,
πελθόντος καὶ σημειωσαμένου τινά, ἔπειτα κα-
αθέντος εἰς νάρθηκα, ὃν εὗρεν ἐν Περσικῇ
ζῃ πολυτελῶς κατεσκευασμένον· hoc est,
rtur quidem emendatio quadam poësis Ho-
erica, qua ex narthecio vocatur, ab Alexan-
ro vna cum Callisthene, & Anaxarcho ela-
rata, cum aliqua illius percurrisset, atque an-
tasset Alexander, postq̃, illa in Narthecio re-
suisset, quod repererat in gaza Persica sump-
ıose elaboratum. Legendum autem putaui,
t hoc obiter moneam, μετὰ τῶν, vt videntur
gisse Guarin. & Tifernas potius quam μετὰ
ῶν, vt legisse videtur Xylāder Augustanus,
quasi

quasi dicat adjutum fuisse Alexandrum ad Homeri scripta corrigenda opera duorum principum Philosophorum, quos secum in bello tollebat. Huic scriptori consentit potius Plutarchi locus, quam Strabonis. quãquam fieri posse videtur, vt vtriusque extaret emendatio, & vtraque in eodem scrinio seruaretur.

17. *Et Dialogus de Poëtis.*] In indice Laërtij legitur Aristoteles tres libros *de Poëtis* scripsisse. ex quorum libro primo extat locus apud Athenæum lib. 11. & apud Laërtium in Platone de Alexamene Tejo, aut Styrensi, quod primus dialogos more Socratico scripsisset. ex lib. 2. legitur alter loc. apud Macrob. L. V. Saturn. in quo reprehendebat Euripidem Aristoteles, quod falso ob ignorantiam pronunciasset Ætolos læuum pedem habere nudum, cum dextro pede nudo vterentur. ex lib. autem 3. suspicor locum illum esse repetitum, quo Plutarchus in Homero docet eum Smyrnæ natum fuisse. quamuis enim in editis legitur περὶ ποιητικῆς, reponendum tamen puto περὶ ποιητῶν. etenim πραγματειῶν τέχνης ποιητικῆς duos tantum libros agnoscit Laërt. in indice, nisi mendum sit in eo loco, περὶ ποιητῶν vero tres. sic & legendum existimo apud Laërtium in Socrate Ἀριστοτέλης ἐν

τῷ

ῳ τρίτῳ περὶ ποιητῶν, cum recenſet eo
›co inſignium poëtarum, & philoſopho-
ım aliquot nobiles æmulos. & vere vterq;
›cus magis videtur pertinere ad Hiſtoriam
e poëtis, quæ libris de Poëtis forſan tra-
ebatur, quam ad artem, & præceptiones
›ëticæ. porro idem Laërtius in Empedo-
e laudat quoque Ariſtotelem ἐν τῷ περὶ
οιητῶν· vbi Empedoclem docebat Ariſto-
les Homeri imitatorem fuiſſe, & Meta-
ıoris crebo vſum, atque alijs luminibus
›ëticæ. Illud autem dubitari poteſt, cum
'pellet hic auctor *dialogum* de Poëtis, eſſet
: vnus liber, an multi, ac ſi multi, vt ex
ıërtio, & alijs docuimus, eſſent ne more
alogi ſcripti, vt hic ſcriptor indicat. locus
ne Athenæi lib. XI. ex lib. I. de Poëtis mo-
dialogorū per interrogationem ſic con-
pitur: οὐκοῦν οὐδὲ ἐμμέτρους τοὺς καλουμένους
ώφρον@ μίμους μὴ φῶμεν εἶναι λόγους καὶ
μήσεις, ἢ τοὺς Ἀλεξαμενοῦ τοῦ Τηΐου τοὺς
ρώτους γραφέντας τῶν Σωκρατικῶν διαλό-
ων; quem locum ſic conuerto aliter, atque
iĉtorius, & Dalechāpius: *an mimos, vt appel-
ıtur Sophronis, qui ſine metro ſcripti ſunt, ne-
bimus dialogos, & imitationes eſſe, aut Alexa-
enis itē Teij dialogos, qui primi ex Socraticis
its ſunt?* illud tamē mirabilius, quod in exē-
plari

plari Græco hujus vitæ loco τοῦ *& dialogus de poëtis* repositū est, τὸ πρὸς τοὺς ποιητάς, id est *aduersus Poëtas*, vt πρὸς Λεπτίνην *in Leptinem.* fieri certe potest, vt in ijsdem libris notarentur errata poëtarum: quale erat illud Euripidis quod ex libr. 2. protulit Macrobius. Eo etiam pertinere videtur locus ille in Laërtij Socrate ex libr. 3. in quo longa illa enumeratio recensetur æmulorum, qui philosophis, & poëtis præsertim aduersati essent.

18. *Et tractatus de Poëtica.*] aperte innuit πραγματειῶν τέχνης ποιητικῆς libros duos vt loquitur Laërtius. Agnoscit item & Boëtius in Comment. lib. περὶ ἑρμηνείας plures vnum librum Poëticæ Aristotelis, & Simplicius in Commentar. Categor. citat ex libro de Poëtica definitionem Synonymorum, quæ nusquam legitur in ijs, quæ extāt, quorum librorum primum tantum habemus. In secundo autem disputaturus erat *de Comœdia*, quod in primo eorum librorum receperat, atque in ea disputatione inseruisset locum illum *de ridiculis*, atque vna de Synonymis, qui vnus locus ridiculorum est. quorum disputationem se persecutum esse in Poëticis, scribit diserte in Rhetoricis: & in eodem forsan libro cętera genera poëmatum docuerat, quę aut sunt ex illis tribus

quæ

quæ propoſuerat lib. I. temperata, vt Saty-
rus Græcorum ex Tragœdia, & Comœdia,
aut illorum ἀποπασμάτια videntur, vt Ly-
rica chororum, qui in fabulis canebantur.
In codice tamen Græco paulo aliter editum
τὰ περὶ ποιητικῶν. Laërt. quidem præter
illos duos τέχνης ποιητικῆς commemorat
alium librum ſingularem Ariſtotelis, qui
inſcribebatur ποιητικά. poterat his libris
adjungere hic auctor, quicunque fuit τὰς
διδασκαλίας Ariſtotelis, in quibus trade-
batur, quas, & quot fabulas docuiſſent Co-
mici, Tragici, & Dithyrambici, & quo
tempore, qui viciſſent, quique victi fuiſſent:
vt conſtat ex Harpocratione & Suida in Δι-
δάσκαλος, atque ex argumentis Tragœ-
diarum, & Comœdiarum Græcarum. Δι-
δασκαλίας autem Latine redderem *editio-
nes*: quanquam *fabulam docere* à Latinis cre-
bro vſurpatur, doctrinæ tamen nomen non
ea ſignificatione vſitatum eſt.

19. *Et Rhetorica.*] In exemplari Græco
ἐ αἱ ῥητορικαὶ τέχναι· recte vero. ſcripſe-
rat namque Ariſtoteles multos libros de ar-
te Rhetorica, in quibus nomen τέχνης, aut
τεχνῶν inſcribebatur: vt apparet in indice
Laërtij: Τεχνῶν συναγωγῆς. β. *artium col-
lectionis*

lectionis duo. erant forte hi, in quos ſcribit M. Tullius in dialogis de Orat. contuliſſe Ariſtotelem omnium Rhetorum ſententias, Τέχνης ῥητορικῆς alij duo: qui fortaſſe ſunt hi noſtri tres, vt in numero peccatum ſit, quod fieri plerunque ſolet. τέχνη item vnus, & alterius artis duo, & artis Theodectis Iſagoges, aut, vt alij legunt, συναγωγῆς vnus: quem *Theodectia* vocat idem libr. 3. artis Rhetoric. cujus item meminit Valerius Maximus libr. 8. Inſcripſit quoque Gryllum de Rhetorica: in quo quid præſtiterit Ariſtoteles declarat abunde Quinctilianus. receptum autem illud eſt, vt omnes pœne Græci, & Romani ſcriptores, quos habemus tres libros Ariſtotelis nomine artium Rhetoricarum laudent: ita eos citant Sex. Empiricus, & Halicarnaſſeus ſæpe, & Aſpaſius, aut quicunque ille eſt explanator libr 2. Nicomach. & Aquila item Romanus in lib. de figuris. cur autem ita hi libri inſcriberentur, à nobis alibi explicatum.

20. *Factus autem 17. annorum, & Pythia præcipiente ipſum philoſophari, mittitur Athenas: vbi adhæſit Socrati, & moratus eſt cum eo tribus annis.*] Nullum reperi ex veteribus, qui fecerit Ariſtotelem diſcipulum Socratis præter Olympiodorum praxi. 42. in Gorgiam

giam Platonis. vbi cum numerat, quos sua doctrinæ Socrates bonos reddidisset, recenset *Cebetem, Platonem, & Aristotelem*, (nisi locus mendi suspectus sit,) & ex recentioribus Bessario libr. 1. aduersus Calumniatorem Platonis Aristotelem facit Socratis auditorem. & certe, vt vere disputant Leonardus Aretinus libr. 6. epistol. & Octauianus Ferrarius extremo lib. de Sermonibus exotericis, magna est in hoc ἀσυστησία. Etenim Socrates mortuus dicitur anno primo nonagesimæ quinctæ Olympiadis Archonte Lachete, Aristoteles autem natus primo anno nonagesimæ nonæ Olympiadis Archonte Diotrephe: vt minimum interjecti sint quindecim anni inter mortem Socratis, & ortum Aristotelis. Quod si tertio anno Olympiad. 95. mortuus est Socrates, vt in Chronico Eusebij proditum, erit quoque erratum in Chronologia, sed minus duobus annis. A. Gellius lib. 17. capite 21. post vrbem recuperatam à Gallis anno septimo natum Aristotelem litteris ait mandatum fuisse. Sed quoniam, (vt ait Plutarch.) difficile est inuenire annum captæ vrbis, difficile quoque erit annum recuperatæ vrbis reperire. septem quidem mensibus postquã capta à Gallis, recuperata fuit opera M. Furij Camilli, sed sequenti deinceps anno. etenim capta fuit mense Quinctili, recupera-

E ta

lectionis duo. erant forte hi, in quos ſcribit M. Tullius in dialogis de Orat. contuliſſe Ariſtotelem omnium Rhetorum ſententias, Τέχνης ῥητορικῆς alij duo: qui fortaſſe ſunt hi noſtri tres, vt in numero peccatum ſit, quod fieri plerunque ſolet. τέχνη item vnus, & alterius artis duo, & artis Theodectis Iſagoges, aut, vt alij legunt, συναγωγῆς vnus: quem *Theodectia* vocat idem libr. 3. artis Rhetoric. cujus item meminit Valerius Maximus libr. 8. Inſcripſit quoque Gryllum de Rhetorica: in quo quid præſtiterit Ariſtoteles declarat abunde Quinctilianus. receptum autem illud eſt, vt omnes pœne Græci, & Romani ſcriptores, quos habemus tres libros Ariſtotelis nomine artium Rhetoricarum laudent: ita eos citant Sex. Empiricus, & Halicarnaſſeus ſæpe, & Aſpaſius, aut quicunque ille eſt explanator libr 2. Nicomach. & Aquila item Romanus in lib. de figuris. cur autem ita hi libri inſcriberentur, à nobis alibi explicatum.

20. *Factus autem 17. annorum, & Pythia præcipiente ipſum philoſophari, mittitur Athenas: vbi adhæſit Socrati & moratus eſt cum eo tribus annis.*] Nullum reperi ex veteribus, qui fecerit Ariſtotelem diſcipulum Socratis præter Olympiodorum praxi. 42. in Gorgiam

giam Platonis. vbi cum numerat, quos sua doctrinæ Socrates bonos reddidisset, recenset *Cebetem, Platonem, & Aristotelem*, (nisi locus mendi suspectus sit,) & ex recentioribus Bessario libr. 1. aduersus Calumniatorem Platonis Aristotelem facit Socratis auditorem. & certe, vt vere disputant Leonardus Aretinus libr. 6. epistol. & Octauianus Ferrarius extremo lib. de Sermonibus exotericis, magna est in hoc ἀνισοχρονία. Etenim Socrates mortuus dicitur anno primo nonagesimæ quinctæ Olympiadis Archonte Lachete, Aristoteles autem natus primo anno nonagesimæ nonæ Olympiadis Archonte Diotrephe: vt minimum interjecti sint quindecim anni inter mortem Socratis, & ortum Aristotelis. Quod si tertio anno Olympiad. 95. mortuus est Socrates, vt in Chronico Eusebij proditum, erit quoque erratum in Chronologia, sed minus duobus annis. A. Gellius lib. 17. capite 21. post vrbem recuperatam à Gallis anno septimo natum Aristotelem litteris ait mandatum fuisse. Sed quoniam, (vt ait Plutarch.) difficile est inuenire annum captæ vrbis, difficile quoque erit annum recuperatæ vrbis reperire. septem quidem mensibus postquã capta à Gallis, recuperata fuit opera M. Furij Camilli, sed sequenti deinceps anno. etenim capta fuit mense Quinctili, recupera-

ta Februario. Si igitur, vt Verrius Flaccus, & Gellius in annalibus, atque Cassius Hemina senserunt, capta fuit anno. 363. recuperata fuisset ann. 364. ita natus fuisset Aristoteles 2 ann. Olymp. 99. quod si, vt Liuius prodidit, anno 365. capta fuit, & recuperata anno 366. susceptus fuisset in hanc lucem Aristoteles anno 4. Olymp. 99. sed quoniam sententia Varronis & Plinij probabilior cæteris videtur, ad quam etiam magis accedit Dionysij Halicarnassensis opinio, capta fuit ann. 364. recuperata anno 365. ortus fuisset Aristoteles anno 3. Olympiad. 99. quocunque autem anno 99. Olymp. natus dicatur, magno post Socratem mortuum interuallo ortus fuit Aristoteles. Teneamus igitur sententiam Apollodori in Chronicis, quam sequitur Laërtius, natum fuisse Aristotelem anno 1. Olympiad. 99. quam etiam confirmat Dionysius Halicarn. qui prodit Archonte Diotrephe ortũ fuisse: qui Archon fuit anno 1. Olymp. 99. vt apparet in Chronologia τῶν ἀρχόντων, quam supra digessimus

21. *Mortuo autem Socrate Platonem adit, cum eoque annos viginti versatus est vsq; ad finem vitæ ipsius, sicut ipse declarat mittens Philippo.*] Ergo adijsset Platonem annos viginti natus. Laërtius ex Apollodoro ait decimo septimo ætatis anno eum traditum fuisse

fuisse Platoni, hoc est Archonte Nausigene, Halicarnass. vero in epist. ad Ammæum sequenti anno Polyzelo archonte, cum decimum & octauum annum suæ ætatis ageret. intervallum est inter vtrumque vnius tantum anni: fieri autem forsan potuisset, vt exeunte Nausigene cui successit Polyzelus, Platoni commendaretur. Sed, vt vt fuit, longius recessit ab hac temporum supputatione Eumolus, qui libro V. suæ Historiæ trigenarium traditum Platoni scriptum reliquerat: forte quod legisset apud Platonem dialecticam ante trigesimum ætatis annum non esse discendam. ejus tamen sententiam refellit Laërtius quo loco in editione Henrici Stephani irrepsit mendum, cum scribitur Πλάτωνι ἢ ἑπτὰ καὶ δέκα ἔτη συνέστη, nisi dicas ὑπακουστέον τὸ, γεγονώς. sed facile potuit errari, cum legendum sit ex eodē libi ἑπτακαιδεκαέτης συνέστη. consentiens tamē scriptorum veterum opinio in eo est, viginti annos cum Platone eum versatum fuisse, vsque ad mortem scilicet Platonis. qui mortuus traditur ab Apollodoro, & Dionysio Halicarn. atque Athenæo libr 5. archonte Theophilo id est anno primo Olymp. 108. vt manifeste legitur apud Laërt. quare vsque ad 37. ætatis annum cum Platone versatus est, neque expleuerat 18. an-

num suæ ætatis cum Platonem adijt, sed ineunte illo videtur ei traditus, vt supra monuimus. at quod sequitur, cujusmodi est?

22. *Sicut ipse declarat mittens Philippo.*] hæc verba non leguntur in Cod. Græco: illa tamen sic accipio vt mittens sit Græce ἐπιστέλλων quasi dicat, in epistola, quam miserat Philippo Aristoteles testatum reliquisse se cum Platone vna vixisse ad ejus obitum. perijt tamen illa epistola vt aliæ ejusdē multę. licet aliquot illius ad Philippum circunferantur.

23. *Et tantam adeptus est dilectionem Platonis, & diligentiam circa studium Philosophiæ, vt Plato domum Aristotelis lectoris domum vocaret, & sæpe dicebat, eamus ad domum lectoris.*] Hæc ad verbum prope expressa in Græco exemplari, nec alibi memini me illa legisse, nisi apud Rodiginum. credibile tamen est in Aristotele in explebilem fuisse sitim legendi scripta veterum: vt declarant ejus libri, propterea que anagnosten à Platone appellatum. In Hypomnematicis præterea Aristoteles & ejus sectatores nihil aliud fere persequebantur nisi veterum de quaque re sententias, vt docent explanatores Græci Categoriarum in earum προλεγομένοις. Quid? quod Laërt scribit in Epicuro siue ex Carneadis, siue ex sua sententia,

ia, tot esse sententias veterum in Aristote-is scriptis, vt illis inserciendis tam multa :ripsisse videatur, vt Zeno, & Chrysippus. 1agnum tamen, & iniquum in hoc con-itium fit Aristoteli, qui judicium facit gra-:issimum de veterum sententijs, neque illas estimoniorum loco, vt Stoici, inculcat, uemadmodum Galenus & alij de illis refe-unt.

24 *Et ipso abeunte à lectione calamabat, in-:llectus abest, surdum est auditorium.*] Hæc ı codice G.æco non leguntur. Philoponus ımen in libro *de Mundi æternitate* refert latoné ita admiratum fuisse τ̃ ἀγχίνοιαν ristotelis, vt ὁ νοῦς τ̃ διατριβῆς, id est, *mens cholæ* ab ipso appellaretur. adjungit Rodi-inus solitum Platonem dicere, cum Ari-oteles scholæ non interesset, philosophum :ritatis abesse. Suidas certe tradit ex nescio 10 anctore Aristotelem naturæ scribam iisse, qui calamum in mente tingeret: qua-magna ingenij subtilitate naturę penetra-ı scrutatus esset. D. quoque Isidorus na-t suo sęculo illud vsurpari solitum crebris rmonibus, cum Aristoteles librum περὶ ἑρ-'ωνείας scribebat, calamum in mente tin-:bat: quod incredibili acumine ingenij, iraque obscuritate eam disputationem in-ɔluisset. Anaxagoras quidem τ̃ νοῦ, id est

mentis cognomẽ apud Græcos inuenit: quod primus materiæ mentem quasi rerum omnium custodem præfecisset: vt Laërt. Suid. & alij litterarum monimentis consignarũt. & vero de Aristotelis ingenio multa extant veterum grauissimorum virorum testimonia, è quibus aliquot hoc loco, vt occurrent, referemus. quale illud M. Tullij de libr. Rhetoricis, in quibus suam sententiam Aristoteles de ea arte explicabat, cum docet quantum inter illum, & cæteros scriptores ejus artis interesset. *Quod ille* (Aristoteles scilicet) *eadem acie mentis, qua rerum omnium vim, naturamque viderat, hæc quoque aspexit, quæ ad dicendi artem, quam ille despiciebat, pertinebant.* in oratore autem ad Brutum quam illustris illa prædicatio ingenij Aristotelis: *Sed quis omnium doctior? quis acutior? quis in rebus vel inueniendis, vel judicandis acrior Aristotele fuit?* prima autem schola Tusculana illum *præstantem animi ingenio & virum summo ingenio vocat*, primo vero Academ. *præstantem ingenij abundantia* eundem nominat. lib. quoque 1. de Diuin. *virum singulari ingenio*, appellat, & *pæne diuino*, libr. item 2. *virum excellentem subtilitate.* denique 1. de Finibus *diuinum ejus ingenium* appellat. Plin. libr. 18. *Virum immensæ subtilitatis* vocat. Laërtius *ἀγχινούστατον*, & *αἰτιολογικώτατον*, id est,

virum

virum maximo ad inueniendum, & ad explicandas rerum causas ingenio appellat. sed, vt alia Latinorũ, Arabum, & Græcorum præsertim de Aristotele testimonia honorificentissima omittam, Theodorus Logotheta *ἐν τοῖς συμμίκτοις* copiosissime, & accuratissime ejus ingenij magnitudinem prædicauit. satis autem abunde illam celebrabat Plato, cum illud vulgo tritum dicebat, se in Aristotele freno, in Xenocrate vero calcaribus indigere. sed quod sequitur, *surdum* idem dicebat esse *auditorium*, cum in eo vox Aristotelis percunctantis, aut differentis non audiretur: vt Varro *surdum theatrum* appellat lib. 8. de Ling. Lat. in quo nullius vox audiatur.

25. *Vixit autem post mortem Platonis annis* XXIII. *partim quidem docens Alexandrum filium Philippi, partim autem componens libros, partim vero doctoris munere emi-nens.*] Vixisse Aristoteles 23. annos tantum post mortem Platonis falsum plane est: cum supra demonstratum sit Aristotelis Socratis auditorem non fuisse. Vixit igitur post obitum Platonis annos circiter viginti & sex, vt post ostendemus. Cætera vero, quæ subjungit Aristotelem præstitisse post interitum Platonis, vera sunt: quamuis in exemplari Greco non legantur. Nam primo profectus est ad Philippum, vt Alexandrum fi-

lium ejus erudiret Pythodoro Archonte: apud quem commoratus est octo annos, vt Halicarnaſſ. in epiſt. ad Ammæum, & Laërtius ex Apollod. docent. Suſcepit autem Alexandrum erudiendum, quindecim annos natum, vt Laërtius, Iuſtinus, & alij tradiderunt. Quare cum Alexander parenti ſucceſiſſet anno vigeſimo ſuæ ætatis, vt Ælianus & alij memoriæ monimentis mandarunt, neceſſe eſt, vt reliquis tribus comes eſſet Alexandri in bello. Nam de libris, quod quã plurimos ediderit poſt mortem Platonis veriſimile quidem eſt: ſed quos, difficile eſt affirmare. de Rhetoricis ſane, quos habemus, eo tempore editos fuiſſe conſtat ex epiſtola Dionyſij Halicarnaſſ. ad Ammæum. de cæteris vix poteſt conſtitui quo tempore editi fuerint. De Poëticis quidem licet conjicere in recentioribus ſcriptis Ariſtotelis numerari ea oportere: quia citat fabulas Theodectis: qui etſi fuit auditor Iſocratis, & Platonis, vt ait Suidas, diſcipulus tamen quoque fuit Ariſtotelis, quanquam viuo quoque Platone, quod caput reliquum erat, coëgit diſcipulos Ariſtoteles, & hæreſim ſuam inſtituit Athenis, vt Ælianus, & D. Auguſtinus docent. Erat tamen tum Plato 80. annos natus, vt ait Ælian. vixque attigit octuageſimum ſecundum ętatis annum, vt mox diſputabitur. Ariſtoteles vero minimum 12. an-

nos

nos vt scribit Halicarn. docuit in Lyceo. nam alij 13. gymnasio prẹfuisse prodiderunt. Sed quod sequitur, videtur aduersari sententiæ Æliani. consideremus igitur cujusmodi sit.

26. *Non enim verum, quod ædificauit Aristoteles Lyceum contra Platonem viuum existentem, sicut Aristoxenus accusauit & Aristocles postea.*] Eadem in Codice Græco extant prẹter testimonia Aristoxeni & Aristoclis. Ælianus libr. 3. Var. Histor cap. 14. & lib. 4. cap. 9. narat, vt Aristoteles docere cœperat viuente Platone, & vt illum à Peripato dejecerat, in quo Plato Philosophiam profiteri solebat. propter quam etiam caussam πῶλος à Platone vocatus Aristoteles aut πωλάριον: quod vt pulli recens nati calcibus in parentem suum insultaret. Eadem commemorat Laërtius. Aristocles vero Messenius Peripateticus apud Eusebium lib. 15. de Præp. Euangel. cum cætera crimina, quibus jactabatur à suis æmulis Aristoteles diluisset, duo tantum fatetur vere illi objici: vnum de nuptijs Pythiadis, alterum de ingrato animo in Platoné. quamuis priùs quoque dissoluit. Ex quo loco nos, cum legeretur in M. S. *Aristotides*, curauimus reponendũ *Aristocles*. fuerat autem is *Aristocles* magister Alexandri Aphrodisiensis, vt ait, Simpl.

lib. 1. de cœlo: Aristocles porro scripserat decem libros de philosophia, vt docet Suidas, qui & à Philopono laudantur in scholijs Arithmeticis Nicomachi, & ab Henric. Stephan. sępe in annotationibus Sexti Pyrrhonij Chæronei. de quo & Synesius in Dione, & Philostratus in Aristocle, & D. Cyrillus aduersus Iulian. apud quem lib. 2. legend. omnino *Alexander Aristoclis discipulus*, non *Aristotelis*, vt vulgatum est: nisi τροπικῶς accipias. quod esset ibi duriusculum. & apud eundem Alexandr. lib. 2. de Anima reponendum ἤκουσα δὲ παρ᾽ Ἀριστοκλέους, vbi antea Ἀριστοτέλους falso legebatur. quæ lectio deprauata quoque in Euseb. Latino induxit in errorem virum, & probitate, & eruditione insignem Petrum Fonsecam ἐν τοῖς προλεγομένοις comment. in libr. τῶν μετὰ τὰ φυσικά: vbi & falso arbitratur, qui error ex priori ortus, *Aristotelem* Stagiritem octo libros de philosophia prima præter eos, quos habemus, conscripsisse, neque vidit in ijsdem fragmentis *Aristoclis* citari *Aristotelis* epistolas ad Antipatrum regem. de Aristoxeni testimonio idem Aristocles ibidem apud Euseb. profert locum ex vita Platonis scripta ab Aristoxeno, in qua scribit, *dum forte peregre profectus esset, surrexisse quosdam peregrinos, & Peripatum*

patum contra ipsum erexisse. neque addit quis esset peregre profectus: quod Ælianus de Xenocrate interpretatur, cum Plato tum domi doceret, atque Speusippus ægrotaret. hunc locum Aristoxeni quidam accipiebant de Aristotele. Erat enim peregrinus Thrax scilicet, aut Macedo, & Peripati scholam aperuerat. Aristocles tamen liquido negat locum Aristoxeni de Aristotele intelligi posse, cum Aristotelem laudaret. Suidas vero in Aristoxeno docet Aristotelem, postquam è viuis discesserat, contumeliose ab Aristoxeno tractatum: quod in successione scholæ, & disciplinæ Theophrastum sibi prætulisset: cum ipse inter discipulos illius magnam quoque gloriam, & nomen sibi comparasset. De Lyceo autem Gymnasio Atheniensi, vbi Aristoteles docebat, M. Tullius, & alij satis multa.

27. *Plato autem natus fuit Diotimo dominante Atheniensibus.*] *Diotimo* restitui ex Diodori Bibliotheca, cum legeretur *Dictymo* in M.S. Erat autem is annus primus. 88. Olymp. vt supra descriptus in Chronol. τῶν ἀρχόντων. sic & Apollodorus in Chronicis apud Laërtium, & Suidas 88. Olymp. ortum Platonem tradiderunt. Laërtius Aminia archonte natum prodit: qui annus est secundus non. 88. sed 89. Olymp. quæ sententia

tentia quoque videtur Plutarchi fuiſſe. qui in Iſocrate tradit, Iſocratem natum ſub Lyſimacho ſeniorem fuiſſe ſeptem annis Platone. ſed reponendum *Nauſimacho* ex Halicarn. qui in Iſocrate ſcriptum reliquit, eum natum fuiſſe quinque annis ante bellum Peloponeſiacum. Itaque Plutarchi judicio natus fuiſſet Plato archonte Apollodoro: quod placuit Athenæo. Quare emendandus videtur Halicarn. item in Iſocrate, vt pro *Lyſimacho* reponatur *Nauſimacho*, & in Laërtij quoque Platone eodem modo. Alioqui falſum eſſet, natum fuiſſe quinque annis ante bellum Peloponeſiacum. & in eodem Laërtio pro *Aminia* legendum videtur *Epaminonda*, vt conſentiat ſeriei τῶν ἀρχόντων. locus vero Plutarchi miſertime affectus, & deprauatus, ſic reſtituendus videtur priſtinę integritati ex Halicarnaſſenſi: ἐπὶ Ναυσιμάχου Μυῤῥινουσίου δύο καὶ εἴκοσιν ἔτεσι Λυσίου νεώτερος: qui locus in omnibus editionibus, quas vidi hactenus, decurtatus, & mutilus legebatur. Sed, vt ad annum natalem Platonis redeamus, Athenæus lib. 5. natum prodit archonte Apollodoro poſt Euthydemum. qui annus eſt tertius 87. Olymp. at in Chronicis Euſebij quarto anno 88. Olympiad. natus dicitur. Quis in tanta varietate, & tenebris verum perſpicere poterit?

neque

ıeque minor' varietas in spatio ejus vitæ.' Neanthes apud Laërt. 84. annos eum vixisse tradit. quam rationem secutus ignoro lane. Athenæus vero 82. quem & sequitur Suidas quia numerat ejus ortum ab Apollodoro. ac ne isto quidē pacto 82. erunt, nisi ab Apollodori anno exeunte ad ineuntē Theophili censeas. Laërt quidem diserte refert ex Hermippo 81. annos vixisse, cum mortuus esset anno primo 108. Olymp. & ortus 88. Olymp. Valerius Maxim. ad octogesimum quoque & vnum ánnum ejus vitam perductam prodit. M antea Tullius in Catone 81. æ ætatis mortuum fuisse testatus erat. apertius tamen Censorin. de die Natali 1. anno eum è vita excessisse ait. *in quo finem Plato,* inquit, *vitæ & legitimum esse existimauit, & habuit.* Sed omnium distinctissime Seneca epistola 58. aut, vt alij numerant 59. his verbis. *Nam hoc scis puto, Platoi diligentiæ suæ beneficio contigisse, quod natali io decessit, & annum vnum atq; octogesimum mpleuit sine vlla deductione ? deo Magi, qui rte Athenis erant immolauerunt defuncto, amlioris fuisse sortis, quam humanæ rati, qui nsummasset perfectissimum numerum, quem ouem nouies multiplicata componunt.* Autor porro hujus vitæ hanc etiam sententiam comprobauit : cum sub Diotimo eum ortum fuisse tradat, & sub

Theo-

Theophilo mortuum. Quare edendum hoc loco, & nos curauimus 81. annis eum vixisse, non. 82. vt in M. S. legebatur. quæ sententia videtur cæteris probabilior. quod autem archonte Theophilo objerit Plato, confirmant Dionysius Halicarn. & Athenæus atque Laërtius ille loc. in Platone, mortuum eum fuisse 13. anno imperij Philippi Macedonis. Cœperat enim Philippus regnare Callimede archonte, vt historici testantur. à quo ad Theophilum 13. anni intercedunt, vt liquet ex Chronologia τῶν ἀρχόντων.

28. Aristoteles natus sub Diotrephe, & viuens annis 63. moritur in tempore Philoclis.] legebatur antea *Diectirso* pro *Diotrephe.* quod restitui ex Diodoro, & Dionysio Halicarn. & *Philothei* legebatur pro *Philoclis*: in quo facilis est lapsus. sic & Apollodorus in Chronicis apud Laërtium docuerat Aristotelem diem suum obijsse Philocle archonte, & apud Diodorum *Philocles* nominatim legitur. at Halicarnassensis *Cephisodoro* archonte scribit mortuum. Fieri autem potest, vt exeunte Cephisodoro moreretur, aut ineunte Philocle.

29. Adhæsit autem Aristoteles Platoni tempore Nausigenis. & fuerunt à Theophilo, sub quo moritur Plato, usque ad Philoclem anni

anni 23. quibus Arist. superuixit Platoni] *tempore Nausigenis*, id est, ut suspicor, ἐπὶ Ναυσιγένους. quæ sententia gemina illi Apollodori apud Laërt. cum ait Aristotelem natum decem & septem annos traditum fuisse Platoni in disciplinam. Etenim si Diotrephe archonte natus fuerat, annus eius ætatis decimus & septimus ex Chronologia cadet in annum archontis Nausigenis. At Dionysius Halicar. sequenti anno Polyzelo archonte ait traditum Platoni fuisse. Forsan exeunte Nausigene, aut ineunte Polyzelo. porro quod subijcitur à Theophilo ad Philoclem 23. annos intercessisse ex Chronologia Diodori falsum perspicitur. Nam viginti & quinque anni citra utrumque terminum intercesserunt. Quod si sub Cephisodoro dicas mortuum, vt censet Dionysius Halicarn. viginti & quattuor erunt interiecti, si ad calculos res ipsa vocetur. Ita locus suspectus esset mendi, nisi constanter hic numerus sæpe in hoc libello repeteretur. nec mirum ita sensisse scriptorem huius vitæ, cum aliter digerat annos atque ceteri, neque ulla apud eum mentio fiat annorum trium, quibus versatus Arist. cum Hermia, neque unius, quo Mitylenis commoratus est, interponat tamen aliquot annos necesse est, cum 23. annos post Platonis obitum numeret in Aristotelis vita,

forsi-

forsitan Chronologiam aliam secutus. Etenim in illa. quæ describitur ab Halicarnassensi in Dinarcho, duo omittuntur Archontes, & vnus interponitur Hegemo, vt vno anno minor jam sit ille numerus interjectus τῶν ἀρχόντων.

30. *Non igitur sic quidam mentiuntur, quod 40. annis immoratus est Aristoteles sub Platone tempore Eudoxi?*] refellit nescio quorum sententiam, qui existimarunt Aristotelem Platoni in schola 40. annos operam dedisse: & vere quidem illam refellit. Quod addit tempore Eudoxi, hujusmodi est. Eudoxus Cnidius philosophus nobilis, & Mathematicus fertur aliquando Platonem audisse, floruisseque Olymp. 103. qua sub Nausigene hic auctor commemorauit Aristotelem primum in scholam Platonis venisse, aut certe sub Polyzelo eadem Olymp. vt placuit Halicarnassensi. Ab hujus Eudoxi auditore Polemarcho Cizyceno acceperat Callippus item Cyzicenus quot, & quos orbes Eudoxus primus obseruasset ad cursus cælestis constantiam, & æquabilitatem tuendam, eamque sententiam post cum Aristotele communicauerat, atque emendauerat: vt Simplicius explicat in comment. libr. 2. de cœlo. Narrat autem vtramque sententiam Aristoteles libr. 12. de Sapientia.

31. *Aristotele enim viuente 36. annis, tres anni*

anni tantum restarent, à morte Platonis ablatis 17. annis, quibus studuit in triuio.] de termino vitæ Aristotelis omnes pæne scriptores consentiunt, cum 63. annis circumscriptum fuisse. Sed quid valet illud *in triuio?* an *triuium* vocat, vt vulgus barbarorum, Dialecticam, Rhetoricam, & Grammaticam, sicuti ijdem reliquas ex septem artibus liberalibus Mathematicas *quadriuium* nominabant? minime vero. neque enim Dialecticam ab alijs magistris, quam à Philosophis ejus parentibus accepisset *triuium* igitur ab eo dici Latine puto τὰ ἐγκύκλια: quæ supra ἐλευθέρων παιδείαν nominauit: vt hoc nomine intelligantur illæ artes, quas supra docuimus primo, & secundo gradu liberalium studiorum contineri. vocantur autem ἐγκύκλια quasi vulgaria, & communia: quod vulgo illa prius discerent omnes ingenui, posterius vero Philosophiam, aut Medicinam, aut aliud ejusmodi studium. Sic Strabo lib 1. Geograph. ἀγωγὴν ἐγκύκλιον καὶ συνήθη τοῖς ἐλευθέροις καὶ φιλοσοφοῦσι eam vocat, id est *institutionem triuialem* (vt loquitur Quinctil.) *& vsitatam ingenuis, & ijs qui Philosophantur*. Philo item ἐγκύκλια præcise, & cum adjunctione ἐγκύκλια θεωρήματα ea appellat, atque θεωρίας, & ἐπιστήμας ἐγκυκλίους, & παιδείας

ἐγκύκλιον, & μουσικὴν ἐγκύκλιον, atque λογικὴν, & μουσικὴν ἐγκύκλιον. Plutarchus ἐγκύκλια παιδεύματα ea vocat. Synesius vero κύκλον. licet Porphyrius addat huic quoque nomini Philosophiam tanquam culmen orbis disciplinarum liberalium, vt videtur. Plinius & Quinctilianus ἐγκυκλοπαιδείαν. Theo. ἐγκύκλια μαθήματα. Tyrius Maxim. ἐγκύκλια. item Laërtius quoque in Democrito ἐγκυκλίους λόγους, in Menedemo, & Zenone ἐγκύκλια μαθήματα. in Zenone etiam ἐγκύκλιον παιδείαν. Seneca epistol. 89. ex Posidonio artes ἐγκυκλίους nominat. Epicurus his omnibus antiquior in epistola ad Pythoclem ἐγκύκλια quoque vocauerat. an autem omnes hi scriptores eundem numerum artium his comprehenderint, & quas singuli, & quibus alijs nominibus easdem appellarint, alibi disseruimus. neque enim est hujus loci, neque temporis ea disputatio.

32. *Tribus quibus studuit cum Socrate, & ablatis 40 quibus studuit cum Platone (vt ipsi ajunt) tribus annis non solum non fuit possibile tanta componere, sed etiam nec facile legendo transcurrere, sicut Philochorus historizauit.*] Illud postulat hic locus tanquam certum, & exploratum, quod est verisimile, nullum librum

brum ab Aristotele de vlla arte compositum, aut certe editum, antequam Platonis scholam adiret: & merito quidem. nam omnium artium tradendarum ratio à Logicorum arte repetenda, quę inuentum est Philosophorum, initia vero singularum artium prima philosophia constituit, vt docet ipse Aristoteles. quin & physiologia multis artibus principia suppeditat: vt Geometriæ, Medicinæ, & alijs. Philosophia item moralis jurisprudentiæ, & alijs. Hoc igitur posito, præclare concludit, non potuisse Aristotelem tam multos libros, quam multi illi ascribuntur, legêdo percurrere, nedum componere. qui autem esset numerus librorum post disputabimus: quo loco eum recenset hic auctor. sed quod extremo hoc loco subjungit, *sicut Philochorus historizauit* sic emendauimus, cum in M. S. legeretur *Philotolus*. *Philochorus* historicus clarissimus fuit Atheniensis. de quo Suidas. is scripserat præter alia 17. libros rerum Atticarum, qui à priscis scriptoribus passim citantur. Sed quo libro collegisset numerum librorum Aristotelis incertum. de Andronico quidem Rhodio Peripatetico legimus apud Porphyrium in vita Plotini, ab eo libros Aristotelis in πραγματείας diuisos, atq; eos qui essent ejusdem, aut similis argumenti in vnum locum ab eo fuisse collatos. In quo

34. *Post mortem autem Platonis, Speusippus recepit scholam Platonis. fuerat hic enim filius Potones sororis Platonis.*] hoc loco interponitur in Græco exemplari r tio, propter quam verisimi'e quibusdam videbatur ab Aristotele erectum fuisse Lyceum contra Platonem , dum viueret. quæ longius abest in hac veteri tralatione ab hoc loco: quod autem sequitur hoc loco, aptius cohæret cum superiori proxima sententia. tantum enim vnius anni , aut paulo amplius spatium interjectum : cum Plato sequenti anno moreretur, Speusippusque sororis eius Potones filius illi successisset : qui annos octo scholæ præfuit. de eius autem successione, & vita, Laërtius, Suidas, & alij. Hoc loco præterit hic auctor quod ad seriem historiæ pertinet, quattuor annos. defuncto enim Platone profectus est Aristoteles ad Hermiam eunuchum tyrannum Atarnensium, apud quem tres annos commoratus est: vt Apollodorus apud Laërt. & Dionysius Halicarn. monumentis litterarum consignatum reliquerunt, erudiuitque Hermiam Aristoteles vt Suidas refert. post hoc triennium archonte Eubulo migrauit Aristoteles Mitylenas , vt idem Apollodorus & Halicarnassensis tradiderunt: quem annum scribit Laërtius quartum fuisse Olymp. 108. Deinceps sequitur

 profe-

profectio Aristotelis ad Philippum regem.

35. *Aristoteles autem nutritus est in Macedonia: vbi docet Alexandrum filium Philippi.*] Locus est plane corruptus, quasi hic interpres legisset τρέφει, cum in Codice Græco legatur aperte ἔρχει. reponendum igitur, *profectus est in Macedoniam*: in quā accersitus est à Philippo honorificentissime ab Alexandrum docendum, vt constat ex epistola Philippi ad Aristotelem in qua scribit se non tam lætari, quod natus ei esset Alexander, quam quod ætate Aristotelis natus esset. sperare namque se, si ab Aristotele educaretur, atque erudiretur, illum dignum imperij successione futurum. Vise A. Gellium lib. 3. cap. 9. profectus autem est Aristoteles ad Philippum *Pythodoto* archonte, vt Apollod. & Halicarnass. obseruarunt: id est anno 2. Olympiad. 109. vt idem Laërtius explicat. Tunc autem natus erat Aristoteles 42. annos ex notatione temporum Halicarnass. & octo annos apud Philippum, & Alexandrum commoratus, dum illum instituit, vt ait Dionysius Halicarn. erat autem Alexander 15. annos natus, quo tempore cœpit magistro vti Aristotele vt docet Apollodorus apud Laërt. Iustinus tamen ait Alexandrum exacta pueritia per quinquennium

nium ſub Ariſtotele doctore inclyto omnium philoſophorum creuiſſe. qui locus non euertit ſententiam ſuperiorem Halicarnaſſei. Etenim locus hic Iuſtini accipiendus eſt de inſtitutione Alexandri, antequam imperium paternum acciperet, quod accepit defuncto patre, cum 20. annos natus eſſet, vt idem Iuſtinus Arrianus, & alij teſtantur. Initio autem ſui imperij per triennium ſuſtulit ſecum Ariſtotelem Alexander. cum autem viſum fuit Ariſtoteli ſatis ſe cum Alexandro verſatum fuiſſe, commẽdato illi *Calliſthene* Olynthio philoſopho diſcipulo ſuo, & affine ipſe Athenas remigrauit, vt ſcribit Diogenes Laërt. Porro in hujus loci verbis extremis additur in exemplari Græco τὸν κτίστην id eſt *conditorem*, epithetum Alexandri: neque mirum. condidit enim multas vrbes, quas ex ſuo nomine *Alexandrias* appellari juſſit. Arrianus meminit earum, quas ad Tanaim fluuium & ad Caucaſum montem, & apud Paropamiſadas condidit, & omnium celeberrimæ *Aegyptiæ*. quarum vt conditarum ab Alexandro Macedone mentio item fit à Q. Curtio, & ab alijs. Bucephala quoque in Pandanorum regione Indica, ab *Alexandro* condita, Alexandriæ nomine vocata, vt ſcribit Arrianus in periplo maris Erythræi. & Antiochia Margiana, *Alexandria* ab

Alexandro Macedone nominata, vt prodiunt, Plinius & Solinus. Spasini Charax etiam in Susianis *Alexandria* primo ab eius conditore vocata. quin & in Thracia ad Lacedæmoniam scribit Stephanus conditā ab Alexandro Magno *Alexandrinam* vrbem cum 17. annos natus esset. à quo etiam numerantur. 18. *Alexandriæ*, & ijs plures in historijs notantur, vt annotat Eustathius ad Dionysij περιήγησιν. non omnes tamen ab Alexandro Macedone nomen inuenerunt.

36. *Et in tantum fuit honoratus à Philippo, & Olympiade matre Alexandri, quod sibi construxerunt, vel constituerunt cum eis statuam.*] hoc fragmentum deest in Græca vita. de statua quam ponendam curarunt Philippus rex, & Olympias eius vxor vna cum suis Aristoteli nihil adhuc legi. quod autem scribit *construxerunt, vel constituerunt*, idem video factitatum sæpe in veteri tralatione, quam habeo M S. commentariorum Græcorum in Arist. Nicomachia: quod modestiæ interpretis tribuendum, vt integrum sit, vtro velit quis verbo Græcum reddere.

37. *Et in magna parte fuit concors regni ipsius, & multum laborauit pro rege, & cum esset magna pars potentiæ ad benefaciendum, potentia decenter vsus est benefaciens, & singulis proprie, & omnibus communiter.*] in Græco

Græco exemplari pro illis verbis, *& multum laborauit pro rege*, rectius scribitur πολλὰ ἐδυνήθη παρὰ τῷ βασιλεῖ q. d. *multum valuit apud regem*. forte hic auctor legerat ἐπονήθη quod multis testimonijs posset confirmari. illud autem *decenter* interposui ex Græco exemplari: in quo erat δεόντως, cum in Latina tralatione plane abesset, extremum illud proprie Græce ἰδίᾳ, id est *priuatim*, aut *separatim*. ita planius intelligetur.

38. *Et quod multis proprie benefecerit, declarant missa ab eo epistola commendaticia de quibusdam ad regem: quod autem & communiter benefecit multis, & demonstrat illud, quod scilicet ciuitatem suam Stagiram dirutam prius à Philippo induxit Alexandrum regem iterum readificare, & regionem aliam ipsi tradi.*] τὸ *commendaticiæ*, quod in. V. Γ. desiderabatur, adjunxi ex cod. Græco, in quo συστατικαὶ diserte positum. In epistolis diuulgatis Aristotelis nomine nullæ sunt, quibus aliquem separatim commendet Philippo, aut Alexandro, si epistolæ Aristotelis quas collegerat Artemo, extarent, non est dubium, quin in illis multæ commendaticiæ reperirentur. sed perierunt omnes pœne non sine magno

reipub. litterariæ detrimento: cum Demetrius in lib. περὶ ἑρμην. doceat Aristotelem præter cæteros in hoc genere scribendi excelluisse. De patria Aristotelis quam restituit Alexander precibus illius adductus, cum eam solo æquasset Alexandri pater Philippus Valer. Max. libr 5. cap. 6. Plin. libr. 7. cap. 29. Plutarch. in Alexand. Ælian. libr. 3. Var. hist. cap. 17. Laërt. in Aristotele, & alij. quod in hoc loco ad extremum additur, *& aliam regionem illi tradi* forte valet & alios agros illi assignari. deest autem hoc in cod. Græco.

39. *Propter quod & Stagiritani festiuitatem celebrabant Aristotelis, Aristotelea ipsam vocantes, & mensem, in quo festiuitas celebrabatur, Stagiritem nominabant, & etiam Eressum vrbem Theophrasti, & Phaniæ suorum discipulorum debentem destrui, liberauit destructione*] De his nihil alibi reperi, nisi in Græca vita. lego autem *Aristotelea* neutro plurali, vt apud Ciceronem in Verrem *Marcellea*, & apud Demosthenē ἡράκλεια de die festo sacro Herculi, & alia sexcenta ejusdem generis. *Eressus* vrbs vna ex illis octo Lesbi insulę clara alumnis Theophrasto, & Phania Peripateticis, de quo Strabo lib. 13. quanquam in vulgaris libris Strabonis Græcis deest nomen Phaniæ, manifesto errato librarij, vt constat ex eorū Chrestoma-

ſtomathia Græca. Athenæus item multis locis citat *Phaniam Ereſſium* Peripateticum, vt lib. 3. & 14. multa ex ſcriptis illius præſertim de plantis mutuatus Plin. libr. 21. & reliquis ſex deinceps. Suidas item *Ereſſium*, & alij agnoſcunt. In Græco exemplari exciderat nomen *Phaniæ*, vt apud Strabonem: quod ego reſtitui ex V. T. quanquam in illa quoque legebatur antea *Tophani*, forte ex Græco τ̃ Φανίᾳ. & quod ſequitur *debentem deſtrui, liberauit deſtructione*, in Græco legitur ἀδικηθῆναι, & ἀδικίας, vt ſit *injuria afſici: & ab injuria eam liberauit*. at V. T. vid. legiſſe aliter ἀνοικηθῆναι, & ἀνοικίας: quanquam non ſunt verba trita conſuetudine ſermonis Græci, aut certe ἀνοίκητον, aut ἀοίκητον εἶναι, & ἀνοικησίας, aut ἀοικησίας reponendum.

40. *Stagiritani autem duxerunt corpus Ariſtotelis mortui in Chalcide in Stagiram, & altare conſtruxerunt in monumento, locum illum Ariſtoteleum appellantes, & illuc ad concilium congregabantur.*] In Ariſtotelis vita Græca ſequitur hoc loco, vt mortuo Speuſippo Ariſtoteles Lyceum aperuerat, cum Xenocrates ex altera parte in Academia doceret: in vtraq; ſatis perturbata ſeries temporum. nam quod ſupra commemorauit de patria reſtituta, ſcribit Valer. Max. ab Ariſtotele

ſtotele imp tratum, cum ætate affecta eſ-
ſet. nos tamen, vt inſtituimus à principio,
ſequemur ſeriem huius ſcriptionis, & ſin-
gula, vt poterimus, exponemus, de morte
Ariſtotelis hæc Halicar. in epiſt. ad Am-
mæum cum 12. annos docuiſſet Ariſtoteles
in Lyceo, decimotertio poſt mortem Ale-
xandri, Cephiſodoro archonte migrans in
Chalcidem, morbo moriturus. eſt autem
Chalcis vrbs inſulæ Eubœæ ad Euripum
ſita, in quo mare inter Græciam & inſu-
lam feruet. Strabo lib. 10. de Eubœæ vr-
bibus ſcribens, tantam fuiſſe ait exiſtima-
tionem Chalcidis, & Eretriæ duarum vr-
bium clariſsimarum Eubœæ cum in bello,
tum in pace, vt etiam viris Philoſophis in-
tegrum ibi fuerit Philoſophiam tranquille,
& iucunde profiteri: vt Ariſtoteli in Chal-
cide, in qua, inquit, diem ſuum obijt. Laër-
tius ex Apollodoro refert, cum 13. annos in
Lyceo docuiſſet, migraſſe Chalciden anno
tertio Olymp. 114. ibique morbo mortuum
fuiſſe. Cenſorinus de die Natali ait: *Ariſto-
telem ferunt naturalem ſtomachi infirmitatem,
crebraſque morbidi corporis offenſiones adeo
virtute animi diu ſuſtentaſſe, vt magis mirum
ſit ad annos 63. eum vitam pretuliſſe, quam vl-
tra non pertuliſſe.* Suidas ait quoſdã ſcripſiſſe
illum periiſſe, cum bibiſſet cicutam, quod
poſtulatus eſſet impietatis propter hymnũ,
quem

quem Hermiæ tyranno inſcripſerat (is erat Eumolus, quem refellit Laërtius) alii morbo illum mortuum tradiderunt. In tanto conſenſu grauiſsimorum ſcriptorum, miror repertos fuiſſe, qui auderent pronunciare interiiſſe illum præ rabie, quod cauſas acceſſus, & receſſus maritimi, qui fieret in Euripo, ignoraret. Legimus præterea apud Laërtium, quod ſuperiori ſententiæ mirifice congruit, ſolitum illum vtriculum olei calidi ſtomacho adhibere, cumque cubitum iret, manu æneam pilam prehendere, ſubiecta pelui, vt audito ſtrepitu pilæ, quam celerrime ſurgeret. de *Ariſtoteleo* autem, & quod eo conuenirent Stagiritæ in concilium, adhuc requiro apud alios ſcriptores, qui illud referat. Quamuis Samios in Pythagoræ hemicyclio de rebus publicis conſultaſſe conſtet, & in Socratis honorem Σωκρατεῖον Athenis extructum fuiſſe. quod præter alios Marinus in vita Procli teſtatur.

41. *In multis autem Athenienſibus beneſecit, vt declarant tractatus qui ſunt ad Philippum. itaque Athenienſes in Acropoli ſtatuam illi conſtruxerunt.*] Hermippus ἐν τοῖς βίοις apud Laërt. ſcribit Ariſtotelé aliquando legatione functum pro Athenienſibus ad Philippũ, qua illum hortatus eſt, ne præeſſet

Græciæ

Græciæ more tyranni. de statua illi posita in arce (eâ enim est ἀκρόπολις) nihil hactenus potui inuenire Pausanias in Eliacis statuam positam fuisse Aristoteli refert à discipulo, aut ab aliquo viro militari, quod apud Alexandrum, & Antipatrum plurimum valuisset, vt supra commemorauimus, non in Attica tamen regione: *Acropolis* autem per excellentiam vocatur arx Athenarum Mineruæ sacra: quam cum *Palladiam arcem* more Poëtico nominasset Stat. li. 4. Thebaid. Lyctat. ejus interpres eleganter *capitolium Mineruæ* nominat: de qua Plin. lib. 8. & alij.

42. Vt autem & omnibus hominibus vniuersaliter benefecerit, scripsit Alexandro librum unum de regno, docens ipsum qualiter oporteat regnare.] restitui τὸ *vnum* ex Græca vita: vbi ἐκ ἑνὶ μονοβίβλῳ περὶ βασιλείας legitur q.d. singularem librum de regno edidit: quanquam satis erat dicere ἐν μονοβίβλῳ. meminit hujus libri Laert. in eius librorum indice. Ammonius ἐν τοῖς προγεγραμμένοις commentt. in Categg. Arist. cum diuisionem eius librorum persequitur, μερικὰ, inquit, ea scripta esse Aristotelis quæ priuatim ad aliquem scripsit: cuiusmodi sunt epistolæ, & quæ interrogatus ab Alexandro Macedone de regno, & qui opor-

oportet colonias deducere, scripsit: erant autem duo libri, quorum sit mentio in Laërtij indice his verbis Latine expressis: *Alexander, aut pro colonis liber singularis. de regno liber singularis.*

43. *Et in tantum mouit animum Alexandri ad faciendum, quod dicebat, quod non benefeci aliquibus hodie, non regnaui: quod æquale, ægrotans modice morbo ephemero, illa die operationes sanorum non facit.*] quam regia vero hæc vox Alexandri. cui gemina illa Vespasiani, quo die vesperi recordabatur, se nihil eo die cuiquam dedisse. *Amici diem perdidimus.* de qua Suet. in Vespas. Aurel. Victor, & Auson in Panegyrico. si vno libro Aristotelis tantum in studio virtutis profecerat Alexander, vere poterat illud, & pie affirmare, se plus debere Aristoteli quam parenti: quod ab hoc viuendi tantum, ab illo beneviuendi initia accepisset. Hujus autem apophthegmatis nihil reliquum in vita Græca.

44. *Iuuene autem existente Alexandro, & militante contra Persas eundo cum eo, nec tunc obtinuit philosophari. tunc enim composuit historiam ducentarum, & quinquaginta politiarum, & associauit ipsum vsque ad Persiam, & bello facto rediyt ad suam patriam & vero anticipatur.*] locus est perobscurus, & mendacij suspectus. Aristoteles enim archonte

archonte Eueneto dicitur ab Halicarnasſenſe reuerſus Athenas aperuiſſe ludum Philoſophiæ: quod & confirmat Laërtius ex Apollodoro, cum ſcribit anno 2. Olymp. centeſimæ vndecimæ Ariſtotelem cœpiſſe docere Philoſophiam Athenis: quo anno Euænetus archon erat ex Diodoro, & eodem anno Alexander imperium ſuſceperat, vt Diodorus & Arrianus tradunt, nec adhuc in Perſiam traiecerat. præmiſerat tamen in Aſiam, quæ ditionis Perſarum erat, pater Philippus duces Attalum, & Parmenionem, & Amyntam. Traiecerat autem in Aſiam Alexander anno ſecundo ſui imperij. Auget obſcuritatem, quod in Græca vita ſcribitur, vſque ad Brachmanas Ariſtotelem vna cum Alexandro profectum, cum longo poſt temporis interuallo in Brachmanas Alexander bellum mouiſſet. Deleamus igitur cum veteri tralatione locum illum de profectione ad Brachmanas, atque locum præſentem ſic interpretemur, Alexandrum, cum bellum in Perſas pararet, ſecum in itinere Ariſtotelem ſuſtuliſſe vſque in Aſiam: quæ tum Perſarum, ditionis erat, indeque dum bellum fieret (lego enim πλέιυ γινομένυ, non γινομένυ) reuerſum Ariſtotelem ad ſuos, & inde Athenas non expectato belli fine, atque in eo comitatu conſcriptas ab Ariſtotele fuiſſe Rerumpublicarum deſcriptio-

ptiones. video superesse illum scrupulum Alexandrum non trajecisse in Asiam ante secundum annum sui imperij, vt ait Diodorus qui proximus erat post Euænetum Archontem. forsitan exeunte Euæneto, & ineunte Ctesicle eo trajecit. omnia incerta. Illud etiam in exemplari Græco longe aliter editum πλεύσαντος Ἀλεξάνδρου pro quo V. T. expressit *bello facto*. Sed his missis, in quibus non est tantum momenti, de Rerumpublicarum numero, quas edidit Aristoteles non omnes idem sentiunt. Laërtius in indice præter democraticas, aristocraticas, oligarchicas, & tyrannicas, centū & quinquaginta octo ab Arist. descriptas scribit. in Græca vita ducentæ, & quinquaginta quinq, dicuntur fuisse: at in hac Latina ducentæ, & quinquaginta tantum. Fieri autem potest, vt facta accessione democraticarum, & reliquarum, quas ἰδίας vocat Laërtius, numerus earum amplior redderetur. ex notis tamen arithemeticis multi errores in libros inducuntur. Simplicius ἐν τοῖς προλεγομένοις in Categor. γνησίας πολιτείας nostri Aristotelis laudat: quasi & νόθαι essent, quęque illi falso tribuerentur. Tzetzes quidem in Hesiodum cum Orchomeniorum rempub. laudat, suspicionem nobis inijcit, fuerit ne à nostro Aristotele composita

ſita, quia illius Ariſtotelis eſſe tradit, qui Peplum ediderat. noſtro ſane Ariſtoteli aſcribit M. Tullius rerum publicarum deſcriptiones his verbis conceptis lib. 5. de Finibus: *omnium fere ciuitatum non Græciæ ſolum, ſed etiam Barbariæ ab Ariſtotele mores, inſtituta, diſciplinas, à Theophraſto leges etiam cognouimus.* Barbariæ quidem inſtituta perſecutus fuerat Ariſtoteles alio libro quem inſcripſerat νόμιμα βαρβαρικά, vt legitur apud Apollonium ἐν ἱστορίαις θαυμασίαις, ex quo nos multis ante annis monuimus Anton. Auguſtinum Epiſcopum tunc Ilerd. editionem Roman. Varronis de lingua Latina emendandam in lib. Ariſtotelis, quem Varro citat *nomina Barbarica.* quam ſententiam approbauit continuo vir eruditiſſimus, nunquam pro dignitate ſatis laudatus, exemplar egregium probitatis & integritatis incorruptæ, ſed de illo alias. Strabo multis in locis laudat Reſpublicas varias Ariſtotelis & præſertim lib. 7. Athenæus quoque Pollux, Harpocratio, Stephanus, & alij. è quorum fragmentis accuratè Sigonius ſuos libros de Repub. Athenienſi deſcripſit. Dices, cûr inquit non deſtitit philoſophari? num hiſtoria rerum publicarum pars eſt Philoſophiæ? non eſt quidem pars, ſed materies parata ad Philoſophiam

con-

conſcribendam, vt nos docebimus in libris *de vſu Logicæ.* omnes ſiquidem artes, & ſcientiæ, vt idem Ariſtoteles multis in locis docet, ἐκ τῆς ἐμπειρίας, & hiſtoria rerum ſibi ſubiectarum profectæ ſunt. ita Ariſtoteles ex eiuſmodi hiſtoria expreſsit Philoſophiam moralem, ſin minus totam, saltim eam partem, quæ proprio nomine Politica nominatur. ita & eidem parti magno ornamento eſſe poſſunt Reſpublicæ Athenienſium & Lacedæmoniorum à Xenophonte conſcriptæ, & aliarum fragmenta, quæ in Polybii fragmentis circumferuntur, atque ἀποσπασμάτια illa minuta, quæ Heraclidi Pontico tribuuntur, ſed plura ex ſcriptis Plutarchi, & meliora elici poſſunt. Vidit hoc genus artificij præclare memoria noſtra Sanſouinus, qui ex Regnorum variorum deſcriptione, ſententias illas nobiles Politicas elicuit. vidit & acutiſsime, vt cætera, flos litteratorum, & ornamentum *Lipſius* in ſuis libris Politicis: quos magnam partem ex hiſtoria Taciti, & aliorum deſcripſit: & merito quidem. eſt enim, vt Dionyſius Halicarn. ex Thucydide repetit Hiſtoria nil aliud, quam Philoſophia per exempla. ſed longius abijmus: redeamus ad noſtrum ſcriptorem.

45. *Suſcipiens autem Alexander regnum*

in honore habuit Aristotelem in quantum Alexander vixit.] accepit regnum Macedoniæ Alexander natus. 20. annos, vt supra docuimus, Euæneto archonte: quo etiam anno præfectus fuit Aristoteles scholæ Atheniensi. Durauit Alexandri regnum. 12. annos. totidem quoque annos præfuit Aristoteles Lyceo tranquille, & magna cũ sui nominis dignitate. amabat enim Aristotelem Alexander veluti alterum parentem vnice, immo etiam plusquam parentẽ, atque illum quibuscunque poterat ornamentorũ generibus, cohonestabat. mortuo autem Alexandro subito coorta in Aristotelem calumniæ tempestas: quæ nisi Chalcidem migrasset, illum oppressisset.

46. *Speusippo autem nepote Platonis mortuo suos discipulos suscipiunt Xenocrates, & Aristoteles sapientissimi: & Arist. quidem legebat in Lyceo, Xenocrates autem in Academia, vbi & Plato studebat.*] de Speusippo successore Platonis satis multa supra tradidimus. is cum scholam suscepisset Olymp. 108. defuncto Platone illi præfuit octo annos: cumque paralysi conflictaretur, rogauit Xenocratem, vt scholæ Academicæ præesset, vt scribunt Laërtius & alij. successit igitur Speusippo in Academia Xenocrates Chalcedonius, Platonis auditor, vir singulari probitate *Lysimacho*, aut, vt apud

apud Diodorum editum, *Lysimachide* archonte, vt ait Laërt. id est anno secundo Olymp. 110. quo tempore Arist. erudiebat Alexandrum. Aristoteles autem pro Atheniensibus vt ait Hermippus legatus ad Philippum missus, reuersus inde cum vidisset Xenocratem in Academia docentem, fertur ludum aperuisse, iactato illo versu, vt refert Laërtius: Αἰσχρὸν σιωπᾷν, Ξενοκράτην δ' ἐᾶν λέγειν, id est, *turpe tacere, Xenocratem autem sinere loqui.* Cicero tamen & Quinctilianus aliter hunc versum ex Philocteta vsurpatum ab Aristotele in Isocratem aiunt. cum ob ejus æmulationem pomeridianis horis Aristoteles eloquentiam docere cœpisset. de Academia, quod esset Gymnasium Athenis, & in eo Philosophiam doceret Plato, plena sunt veterum scripta.

47. *Non enim, sicut Aristoxenus, & Aristocles posterius dicunt, Platone viuente & in Academia docente Aristoteles contra ædificauit Lyceum.*] de his satis supra disputatum. de Lyceo Gymnasio Atheniensi, vbi Aristoteles philosophiã profitebatur Laërtius Suidas & alij.

48. *Et hoc tentant quidem dicere, propter id quod in pluribus contradicit Platoni. ad quos dicendum, quod non simpliciter contradicit Platoni, sed non intelligentibus ea, quæ*

ſunt Platonis.] affert coniecturam, qua nitebantur aliqui probare credibile eſſe Platone viuenti Ariſtotelem aduerſatum fuiſſe: quod ſæpe illius ſententias labefactare conatur. quam ſententiam diluit dupliciter: primo *καθ' ἔνστασιν*, deinde *καθ' ἀντιπερίστασιν*, vt loquitur Hermogenes *ἐν τοῖς περὶ εὑρέσεως*, ac prima ſolutio *per negationem*, aut infitiationem eiuſmodi eſt, vt neget liquido Ariſtotelem contradicere Platoni, ſed ijs tantum, qui aliter accipiunt verba Platonis, quam oportet. Hæc ſolutio vere videtur ex officina Ammonij, aut eius diſcipulorum, aut ab aliquo ſtudioſo Platonis manaſſe. illi namque quotieſcunque Ariſtoteles inuehitur in Platonem, illum calumniari queruntur, quaſi verba tantum Platonis ſpectet, non ſententiam. Alexander Aphrodiſienſis longe aliter exiſtimat de Ariſtotele, qui ſi quando Ariſtoteles Platonem inſectatur, plura ille argumenta affert, quibus eius ſententiam refellat. at is germaniſsimus fuit Peripateticus: quem & Plotinus nobilis in primis Philoſophus Platonicus conſulebat ad Ariſtotelis ſenſus probe cognoſcendos, vt Porphyrius in eius vita auctor eſt, & D. Hieronymus illius commentarios Latine conuertebat ad Philoſophiam diſcendam, vt ſcribit in epiſtola ad

Dom-

Domnionem, & D. Cyrillus aduersus Iulianum diligentissimum, & acutissimum eum judicio philosophorum ethnicorum esse tradit, atque eum Aristotelis amatorem vocat, illiusque testimonia libentissime contra Iulianum vsurpat. omnes præterea Græci Aristotelis explanatores illum κατ' ἐξοχὴν τὸ ἐξηγητὴν, id est, *explanatorem* appellant. Roisius item Arabs, quantum illi tribuat, qui sunt in ejus scriptis versati, probe norunt. Ego sane illud sæpe in Alexandro obseruaui, ita studiosum fuisse Aristotelis, vt suas omnes disputationes non solum sententiis Aristotelicis, sed etiam verbis illius ex varijs locis, licet Aristotelem nominatim non appellet, contexat: vt quantum quispiam Alexandri legat, tantum se Aristotelis legisse certo sciat, & vno verbo, tantum quis credat se in Aristotelis disciplina profecisse, quantum magistro Alexandro ad eam cognoscendam visus fuerit. Sed, pro dolor, quam pauca reliqua Alexandri γνήσια saltem. sed eo, vnde deflexit, nostra redeat oratio. Vt igitur istis Platonicis demus, non sensum, sed orationem Platonis ab Aristotele exagitatam. probe vero Aristoteles qui eiusmodi orationem ita insectetur, & eorum sententiam ex verbis pendat. Philosophorum namque est docere, Poëtarum vero imitari, & delectare. il-

lorum oratio pura, distincta, verba vsitata, & propria, si quæ noua imponenda, quæ aliquando necessitas extorquet, ne procul à consuetudine sermonis quotidiani disiuncta sint, quod studiosissime Peripatetici veteres sectantur, metaphoræ adhibendæ verecundæ, vt vere Theophrastus monebat, non duriusculæ, sed quæ ita receptæ, vt pœne proprie in re proposita vsurpari possę videantur: vt egregie Alexand. in libr. 1. Prior. obseruauit. alioqui relegantur ab Aristot. libr. 2. de Demonst. & 6. Topic. Poëtis quidem integrum est metaphoras, allegorias, ænigmata etiam interdum adhibere, verbis nouis, & inusitatis vti. quod genus orationis, & scriptionis discentibus φορτικὸν est, vt verbum Dicæarchi auditoris Aristotelis in argumento fere simili vsurpem. itaque vere Aristoteles lib. 2. de Sapientia Orpheum, & priscos poëtas objurgat, quod nomina fingerent, quę soli ipsi intelligerēt, vt illa nectaris, & ambrosiæ: quasi sibi solis & Musis canere viderentur. lib. etiam 2. Meteorologic. irridet jure Empedoclē, qui plane poëtice videbatur locutus, cum mare *sudorem terræ* nominasset. recte vero Arist. si poëtice Empedocles loqueretur, apposite illum locutum (poëtarum enim propria metaphora) si philosophi more, nō satis accommodate ad veritatem explicandā. concedamus

cedamus igitur Platoni sermonis elegantiã tantam, vt Iupiter, quod illa antiquitas credidit, si de cœlo delaberetur, non alio quam Platonis sermone vsurus fuerit, patiamurque à Phrynicho Grammatico Aristotelẽ & Theophr. vexari, quod de sermonis Attici nitore parum laborassent, dum de veritatis exquisita ratione, nihil detrahi paterentur. Oratio certe Platonis, vt polita sit, & nitida, fluit tamen inter poëtarum præcipitia, & solutæ orationis humilitatem media, vt voluit Aristoteles: aut vt M. Tullius nonnullis visum fuisse scribit in Bruto Platonis orationem poëma potius, quam Comicorũ poëtarum putandam. Halicarnassensis sane ὁ κριτικώτατος Platonis orationem poëticæ similem in verborum delectu existimauit. sed ad alteram solutionem pergamus.

49. Si autem contradicit Platoni non est inconueniens, & in his enim ea quæ sunt Platonis cogitat. Platonis enim est sermo, quod magis oportet de veritate curare, quam de aliquo alio. & alibi dicit, amicus quidem Socrates, sed magis amica veritas, & in alio loco, de Socrate parum est curandum, de veritate multum.] Hæc ad verbum prope leguntur in Comment. D. Thomæ in 1. Nicomach. in quibus continetur solutio per antiparastasim, aut, vt nos reddimus in nostris Institutionibus Rhetor. per concessionẽ, hoc modo Aristo-

telem in exagitandis Platonis & aliorum sententiis, dum veritati studeat, maximo consentire Platoni. quam sententiam quasi tabulis scriptis agat, aliquot locis Platonis confirmat. quorum primus videtur ex li. 10. de Repub. repetitus cum ait: *nulli viro maiorem honorem quam veritati tribuendum. Sed de Socrate ne tantillum quidem curate, de veritate vero multum.* sunt & alij loci Platonis, qui eodem spectant: qualis ille lib. 3. de Repub. *Illa Homeri de dijs non sunt approbanda, sed veritas plurimi facienda.* & ille ex Phædone: *vos autem, si mihi assentiamini, non Socrati cedite, sed veritati.* sed jam ad ea, quæ sequuntur, transeamus.

50. Hoc igitur & Aristoteles fecit, etsi non destruxit dicta Platonis. quamvis in his consona ipsi fecit, nolens despicere veritatem. habuit autem multam dilectionem erga Platonem Aristoteles. & quod sit verum, patet ex eo, quod aram consecrauit ei, in qua scripsit ita:

Aram Aristoteles fundauit hanc Platonis,
Viri, quem non est conueniens à malis laudari.

quod Aristoteles erexerit aram Platoni, nusquam alibi legi. distichon autem, quod illi inscripsit, in exemplari Græco his verbis expressum est:

Βωμὸν Ἀριστοτέλης ἐνιδρύσατο τόνδε Πλάτωνος.

Ἀνδρὸς ὃν οὔτ᾽ αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις.

Olympiodorus in commentariis in Gorgiam Platonis, quo loco docet Platonem ab Aristotele vt magistrum honorifice cultum, confirmat illud his argumentis quod orationem integram in laudem Platonis scripsisset: in qua vitam Platonis primum exponebat, deinde eundem laudabat. addit idem Platonem in elegijs ad Eudemum laudatum ab Aristotele fuisse his verbis:

Ἐλθὼν δ᾽ ἐς κλεινὸν Κεκροπίης δάπεδον
Εὐσεβέως σεμνῆς φιλίης ἱδρύσατο βωμὸν,
Ἀνδρὸς, ὃν οὐδ᾽ αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις.
Ὃς μόνος, ἢ πρῶτος θνητῶν κατέδειξεν ἐναργῶς
Οἰκείῳ τε βίῳ καὶ μεθόδοισι λόγων.
Ὡς ἀγαθός τε καὶ εὐδαίμων ἅμα γίνεται ἀνὴρ
Οὐ νῦν δ᾽ ἔστι λαβεῖν οὐδενὶ ταῦτα ποτέ.

Hæc carmina sic vertit Bessario lib. 1. aduersus calumniatorem Platonis.

Cecropis ad claras venerat vsque domos
Dulcis amicitiæ. mox illi condidit aram,

Quem

Quem laudare nefas ora profana foret.
Qui solus vita, doctrina, moribus, ore
Admonuit cunctos, & monimenta dedit:
Vt virtute queant felicem ducere vitam.
Nulla ferent talem sæcla futura virum.

Laërtius in indice non meminit illius orationis, quam scripserat Aristoteles de laudibus Platonis: profert tamen initium cujusdam Elegiæ Aristotelis quod tale erat: Καλλιτέκνου μητρὸς θύγατερ. quę vereor, vt fuerit hæc, quæ ab Olympiodoro affertur. illud tamen mirum, vt conformatum fuerit ex illa, quæ apud Olympiodorum legitur, hoc epigramma, quod in hac Aristotelis vita expressum est. neque vero alienum à ratione videtur ab Aristotele & vitam & laudationem Platonis conscriptam fuisse. nam cùm discipuli Aristotelis de ijsdem argumẽtis, de quibus eorum magister antea aliquid ediderat, libenter scriberent, vt ex multis confirmare licet, accepimus ab Aristoxeno, & Dicæarcho ejus clarissimis auditoribus vitam Platonis conscriptam fuisse, à Clearcho vero Solensi, quem nulli Aristotelis discipulorum secundum esse censuit Iosephus, in ijs quę scripsit in Appionem, encomium etiam Platonis divulgatum fuisse: quod & à Laërtio in Platonis vita citatur. quin & Aristocles, siue Pergamenus, siue Messenius, licet posteriori sæculo, peripateticus tamen germa-

germanissimus, cum cæterorum philosophorum, qui Platonem antecesserant, disciplinam improbasset, vt legimus apud Eusebium, Platonis philosophiam ita prædicauit, vt omnium, qui vnquam fuerant, eum legitime, & perfectissime philosophatum fuisse asserat, primumque tres partes philosophiæ distinxisse, vnam de natura, & rebus diuinis, quam etiam Socrates neglexerat, alteram cum illa coniunctam de vita, & moribus, tertiam superiorum communem de ratione disserendi. Itaque nec Aristoteles neque ejus sectatores Platonis gloriæ vnquam inuiderunt, sed veritatis studio, cum aliter illis videbatur, libere ab illo, quod philosophorum proprium est, dissentiebant.

51. Forte autem non ad ea, quæ videntur, oppugnabat Platonem: sed ad eos, qui ipsum male intelligunt. sicut & genitum esse cælum in libro qui est de cælo. quidam enim secundum tempus ipsum intellexerunt, non secundum causam esse.] quod Aristoteles non spectarit verba tantum, & quæ videntur, in refellenda sententia Platonis de mundo genito, sed sententiam, acerrime tuetur Philoponus in illo libro aureolo contra Proclum de mundi æternitate: profert etiam ibi Philoponus locos Alexandri Aphrodisiensis optimi Aristot. interpretis in eum loc. lib. I.

de cœlo, in quo diserte docet Platonem plane ita sensisse mundum genitum, vt aliquo tempore cœperit. Platonici tamen aliquot contendebant Platonis judicio nunquam mundum cœpisse: vt Taurus egregius Platonicus in commentario Timæi, cujus honorifica mentio aliquoties apud A. Gellium, & Porphyrius item, & Proclus commenti aliquot significationes τοῦ γενητοῦ: quas omnes idem Philoponus accurate refellit. quin & ipse Aristoteles atque eius successor Theophrastus in libro de Physicorum opinionibus vt legitur apud Taurum Philosophum in eodem libro Philoponi, vnam ex illis *geniti* significationibus accurate refutant: quam quidam tunc excogitauerant, vt assererent Platonem nunquam mundum à principio aliquo temporis generatum existimasse. in qua sententia ait Simplicius 1. de cœlo Xenocratem fuisse, & alios Platonicos: vt inde appareat ab Aristotele & Theophrasto non confutari tantum speciem illam, quam verba Platonis præ se ferunt, sed etiam plane sententiam Platonis: vt vere Alexander & Philoponus multis argumentis confirmant. permirum tamen illud est Porphyrio visum fuisse eam significationem *geniti* maxime congruere sensibus Platonis, quā Aristoteles & Theophrastus tam accurate labefactauerant. sed hæc

hæc omnia minutatim, & diligentiſsime excutit Philoponus in eo lib. vt neceſſe non ſit congerendis aliorum teſtimoniis lectorum animos obtundere. His ita poſitis intelligetur, qui ſint illi qui interpretati ſunt ſententiam Platonis de *genito mundo* ſecundum principium temporis: Ariſtoteles nimirum, Theophraſtus Alexander & omnes priſci Peripatetici, atque ex poſterioribus Philoponnus & omnes pœne noſtri. qui autem ſecundum cauſam Plat. ſententiam acceperant, ex ijs quidem, quos legi, erant Taurus Philoſophus Platonicus, Porphyrius, & Proclus Platonici item. Qua notione, vt lumen, cum cohæreat ſemper cum ſole, cauſaque eius ſol ſit, dicetur à ſole genitum, ſic & mundus cum perpetuo cum Deo conſtiterit (neque enim ſine cauſa cohærere poterat) intelligetur à Deo genitus. Hac ratione illi arbitrantur mundum eodem modo æternum Platonis, & Ariſt. judicio fuiſſe. Sed quam aliena ſit illa interpretatio à ſententia Platonis in Timæo, diſputat diligentiſsime Philoponus eodem lib. Simplicius aliam notionem τοῦ γενητοῦ videtur afferre, vt dicatur ſcilicet à Platone generabile, quod aſpectabile eſt, & tangi poteſt: quæ poteſt facile infirmari iiſdem argumentis Philoponi,

52. Idea

51. *Ideas etiã in Metaphysica. quidam enim extra intellectum ipsas posuerunt & alij propria sensibilia arbitrati sunt ipsas, vt hominem immortalem, & equum.*] Plutarchus in lib. aduersus Colotem Epicureum irridet illum, quod arbitraretur Aristotelẽ & Theophrastum in eadem sententia fuisse, atque Plato de *Ideis*, à qua tam longe asserit abhorruisse Aristotelem vt illam premat, & conuellere semper conetur multis coaceruatis dubitationibus in Ethicis, in Physicis, in Exotericis adductus magis studio concertationis, vt quibusdam visum esse ait, quam veritatis, & Philosophiæ: vt per ea decreta nihil aliud illi propositum fuisse videatur, quam Platonis philosophiam despicatui ducere, & prorsus abijcere. quo loco, vt obiter illud moneam, miror à Plutarcho præteritos libb. τῶν μετὰ τὰ φυσικά, quos & idem Plutarch. legerat, ut constat ex eius Alexandro, cum in illis diligentius, & sæpius in Ideas Platonis, quam in ceteris scriptis, quæ habemus, inuehatur. forsan Physicorum nomine, id est prioris partis philosophiæ θεωρητικῆς complexus est, & partem posteriorem, quæ ἐν τοῖς μετὰ τὰ φυσικὰ versatur: vt Aristoteles lib. 1. Topic. cum tria genera problematum dialectica fecisset, vnum in contemplatione veritatis posi-

poſitum, alterum in actione rerum expetendarum, & fugiendarum, tertium, quod vſui reliquis duobus eſſet, poſt reperens eandem diuiſionem, & propoſitionibus accommodans, propoſitiones phyſicas appellat nomine prioris tantum partis omnes eas, quæ ad philoſophiam theoreticam pertinent, & Ethicas eodem modo omnes, quę philoſophiæ practicæ ſubijciuntur ſiue Ethicæ, ſiue Politicæ ſint. ſed hæc obiter. Proclus, qui à ſucceſſione Platonis cognomen Diadochi per antonomaſiam reperit, in libro, quem inſcripſerat ἐπίσκεψις τῶν πρὸς τὸν Πλάτωνος Τίμαιον ὑπ' Ἀριστοτέλους ἀντειρημένων, id eſt, *Conſideratio eorũ quæ Ariſtoteles contra T imæum Platonis diſputauit*, in primo capite ejus libri hæc ſcripſit de *Ideis*, vt nos Latine ex Iohan. Philopono deſcribimus: *Ariſtoteles & nomen ipſum exemplaris ægre fert, metaphoricum illud appellans, ac multo magis contra decretum quod inducit Ideas, pugnat, ac vehementer contra ipſianimal in τῇ μετὰ τὰ Φυσικὰ ſcripſit. ac videtur ille vir nullum decretum Platonis ita auerſatus, vt illud de Ideis, cum non ſolum in Logicis τερετίσματα eas vocet, ſed etiam in Ethicis contra ipſibonum acriter pugnet, & in Naturalibus nolit omnino generationes*

H *ad*

ad Ideas referri, vt in lib. de ortu, & interitu scripsit, in τῇ μετὰ τὰ Φυσικὰ multo copiosius, quia de rerum initijs ibi disputat, longas Idearum accusationes intendat in prima, media, atque extrema illa disputatione, & in Dialogis apertissime clamet, se non posse illi decreto assentiri, quamuis quis arbitretur se studio contentionis illi contradicere? hæc conceptis verbis Proclus. è quibus verbis colligit Philoponus mirari se tanta impudentia homines reperiri, qui audeant pronunciare Platonis, & Aristotelis consentientem esse de Ideis sententiam. Alexander item Peripateticus perfectus in eadem sententia fuit. M. quoque Tullius Cicero lib. 1. Academ. quęst. *Aristoteles* inquit, *primus species labefactauit: quas mirifice Plato erat amplexatus, vt in his quiddam diuinum esse diceret.* Syrianus successor Platonis ejus sententiam de Ideis acerrime tuetur contra Aristotelis in Comment. lib. 2. de Sapientia, & duorum posteriorum, ac præsertim libr. 13. siue malis 12. numerare. vbi propositis octo notionibus quibus varie prisci Ideas Platonis accipiebant, vnam illam probat tantum, qua exemplaria in deo æterna intelliguntur ad mundum, atque ea, quæ in eo sunt, procreanda, & prouidenda. qua posita docet, quarum rerum illi Ideas esse negarent, quarum contra illas esse censerent, rationesque quibus adducti eas inducere

cere cogerentur, ac singulis, vt illi videtur, calumnijs Aristotelis minuatim respondet. neque vero minus in eo laborauit memoria auorum nostrorum Geor. Gemistus Pletho in libro de differentia Platonis, & Aristotelis, in quo omnia fere ad verbum inculcat, quæ Alcinous in libro de decretis Platon. de Ideis tradiderat. Porphyrius fortasse docuisset illos idem de Ideis sensisse in libris septem, quos de consensu Platonis & Aristotelis ediderat, & Boëthus, qui libros de eodem argumento conscripserat. quod vt fieri potuerit, alibi considerabimus. Nunc ad ea, quæ scribit noster auctor, veniamus. *quidam enim extra intellectum ipsas posuerunt.* nulla earum sententiarũ, quas singulis illis octo notionibus Idearum assignat Syrianus, videtur sic existimasse de Ideis, nisi forte illa quinta Socratis, qui vniuersum, quod est in multis, Ideam nominauerat, vt voluit Aristoteles: Syrianus tamen aliter existimasse Socratem contendit. quod autem hic subjungit, *& alij propria sensibilia arbitrati sunt ipsas, vt hominem immortalem, & equum.* Aristoteles hoc ascribit Platoni. nam cum Ideas substantias separatas faceret necesse videbatur, vt tanquam indiuidua, & sensilia per se cohærerent. Etenim Vniuersa judicio quidem Aristotelis non sine mentis actione

constare posse videntur. quod autem inquit *hominem immortalem & equum*, id ejusmodi est. Ideas faciebant Platonici æterna exemplaria eorum, quæ secundum naturam,& per se fierent.itaque Ideam hominis ipsi hominem vocabant, quasi perfectam quandam, & sempiternam hominis speciem,eamq; vt Platonici interpretantur, ὁμωνύμως de hominibus dici, aut,vt Arist. videtur illis,Platoni affingere, συνωνύμως.

53. *Quod enim non vult ipsa omnino non esse, demonstrat in Metaphysicis, dicens duplicem esse ordinem, hunc quidem in duce, hunc autem in exercitu, & alterum esse caussam alterius,& in libro de Anima, intellectum,qui est secundum animam, esse res.*] Locus hic extat in 12. libro vt vulgo partiuntur, τῶν μετὰ τὰ φυσικά. ex quo etiam colligunt Simplicius in comment.de cœlo, & D. Thomas prima parte,atque alij Ideas ab Aristotele comprobari. quod negant omnino Syrianus, & alij Platonici, nisi doceant primum Aristoteli deum videri opificem vniuersorum. Hic est status controuersiæ inter Platonem,& Aristotelem,vt vere obseruat Pletho. nam si aliquo modo Aristoteles fateretur mundum factum à deo fuisse, non tolleret rationes illas, & species æternas in mente diuina. quod Syrianus vel
ab

ab inuito, & repugnante Aristotele extorquere conatur. Ammonius sane librum ediderat, quem laudat aliquoties Simplicius, in quo docebat non solum ab Aristotele deum vt finem vniuersi, verum etiam vt causam efficientem agnosci. Sed hæc nimis multa: neque enim hic locus disputandi de his. illud extremum ex lib. 3 de Anima depromptum, *intellectum, qui est secundum animam esse res ipsas*, non quod res ipsæ sint in mente, sed species rerum, vt idem Aristoteles docet: quas species in méte diuina Ideas nominamus. Sed pergamus ad cætera.

53 *Multum namque Aristoteles moderatus fuit moribus, vnde in Prædicamentis ait, non oportet prompte definire, sed quidem multoties considerare, & dubitare de singulis non esse inutile.*] cum docuisset Aristoteles non tam aduersari sententiæ magistri sui Platonis, quam ijs, qui verborum sola specie decepti, ejus sententias aliter, quam par erat, accipiebant, confirmat multis testimonijs ejusdem Aristotelis, quanta esset ejus moderatio. ac primus locus quem profert, est repetitus ex Categorijs ex cap. extremo de relatis. in quo, cum proxime disputasset de partibus substantiarum sint ne relata, an substantiæ, difficileque esset sententiam de ea re pronunciare, propterea, vt Porphyrius & Ammonius

eo loco explanant, addita hæc ſententia ab Ariſtotele. cur autem difficile ſit de his ſententiam pronunciare, ſubijcit D. Auguſtinus ex paraphraſi Themiſtij: quia magna videtur Categoriæ relatorum cum cæteris Categoriarum generibus permixtio, cum per ſe non cohæreant, ſed cæteris nitantur, propterea monet Ariſtoteles vt de eiuſmodi rebus, immo, quod ex eodem loco obſeruat Ammonius, in omni cauſa prius dubitationes afferamus, quam de illa ſententiam noſtram pronunciemus. affert enim ipſa dubitatio inueniendi veri facultatem, vt idem Ariſtoteles declarat initio lib. 2. de Sapientia. Quod ſi ex dubitatione veritatem reperire non contingat, ſaltim eum fructum dubitationis feremus, vt intelligamus, cur ea percipi à nobis non potuerit: quo poſito plus cognitionis comparamus. Addit Boëthius, hortari nos Ariſtotelem his verbis ad majorem exercitationem, & conſiderationem acuminis, ideoque pollicetur ſe in altero commentario, quem non habemus, de his diligentius diſputaturum. Ammonius vero illud adiungit, quod maxime congruit huic loco, velle Ariſtotelem ne in illius ſententia plane acquieſcamus, ſed noſmetipſi ejuſmodi quæramus, neq; aliunde ſuſpenſas rationes noſtri ſtudii habeamus, neve vllius ſententię addicti ſimus,
in

in quo apparet singularis modestia Aristotelis. Exposui minuatim hunc locum, vt sentiant nostri Hispani, qui parum de explanatione verborum Aristotelis atque de ejus interpretibus laborant, quanto fructu litterarum se priuari patiantur.

54. *Et in ijs quæ de Bono, oportet reminisci hominem existentem non solum bene fortunatum, sed demonstrantem.*] alterum testimonium Aristotelis quo eius moderatio comprobatur. de quo, & de superiori nulla mentio in Græco exemplari, vt neque de illis locis, quibus proxime docebatur consensus Platonis, & Aristotelis in disputatione de ideis, & de mundi molitione. sed loci omnes superiores poterant illustrari, quod essent, ex ijs libris petiti, qui in manibus eruditorum versantur. Hic autem depromptus ex libris *de Bono*, quos amisimus. tres autem de eo argumento scriptos ab Aristotele refert Laërtius, ex quibus aliquot locos citat is Alexander, cuius commentarios habemus in libros τῶν μετὰ τὰ φυσικά. sed quæ sit huius loci mens diuinandum: cũ libri perierint. fortasse eo spectabat non solũ oportere, cum homo quisq; sit, recordari se beatũ esse, nisi illud prætcrea demonstratione, hoc est firmissima ratione asseueret. quod sequitur testimoniũ vulgo notius est, atq; illustrius nec in Græca vita exprimitur.

55. *Et in Ethicis Nicomachijs, amicus quidem vir, amica autem veritas, ambobus vero entibus amicis sanctum est præhonorare veritatem.*] locus est depromptus ex lib. 1. Nicomach. in quo disputaturus Aristoteles contra sententiam sui magistri Platonis de Ideis, quod Philosophi, & moralis quidem personam ibi sustineat, præfatur veniam diligentius, vt videtur, quam in cæteris libris, quibus easdem labefactat. sed hæc verba paulo aliter, quam in Græco Aristotelis scripto leguntur. longius tamen ab illis abeunt, qui vulgo ex hoc loco illud in ore passim habent. *Amicus Socrates, amicus Plato: sed magis amica veritas.* in quo illud de Socrate Aristoteli falso, & contra illius sententiam affingunt. docet enim Aristoteles in libro de Sapientia, à Platone quidem primum inuentas fuisse ideas, Socratem vero occasionem tantum Platoni dedisse ad illas inducendas. scribit igitur Aristoteles arduum sibi videri, aut, vt ex Cicerone videtur commodius verti, *subitum disputare* de Ideis contra amicum, & magistrum Platonem. pro studio tamen veritatis non solum resistendum esse amicis, verum etiam nostram ipsorum, si res ita postulet, sententiam mutandam, aliquidque de nostra dignitate, & constantia detrahi patiendum. etenim cum amicos honestatis causa ame-

mus

mus,honestatisque caput,& firmamentū sit veritas,eademq; diuinum quiddam sit,ratio pietatis,&religionis à nobis postulat,vt ipsi plus,quam amicis tribuamus.subijcit deinceps alia ejusdem testimonia,èquibus liquet quanta modestia fuerit Aristoteles.

56. Et in Meteoris,horum quidem quadam dubitamus,quadam attingimus secundum aliquem modum. & in eisdem, non semel,nec bis,sed infinities easdem opiniones fieri hominibus quod non multum sapientia superbiamus,in quibus inuenire videamur.] vtrumque testimonium extat libr. 1. Meteorologico. in prioris autem loci explanatione hæc habet Olympiodorus. *Vide*, inquit, *moderatos mores. vt nihil eorum quibus demonstrat* (Meteorologica scilicet) *affirmat*, *sed moderate*, ait, *attingimus.* Philoponus tamen copiosius eundem locum sic illustrat. *mos*,inquit, *Aristotelis Philosophicus & veritatis studiosus. etenim non pollicetur arroganter se causas horum demonstraturum*, *sed de quibusdam*, ait, *dubitabimus*, *& tantum se dicturum pollicetur*, *cum causas vna demonstrare non possit. qua etsi scientia comprehendere non possumus, non est inutile tamen de his dubitare. via enim ad facultatem percipiendi, ea qua quaruntur*, *est dubitatio de ipsis. Etenim ipsum versari in dubitationibus aut initium inuentionis suppeditat*, *aut il-*

lud certe, vt intelligamus nos illud, quod propositum est, nescire, neque patitur nos duplici ignoratione laborare. & paucis interjectis, *quadam*, ait, *attingimus quodammodo. id est rationem ipsorum reddimus facile eam attingentes. quasi substantiam eorum tangentes, vt de concretione nubium, de pluuijs, & tonitribus & fulguribus & grandine, & ejusmodi. ego vero arbitror modeste dixisse attingimus quodam modo, hoc est non penetralia, sed quasi superficie tenus ipsa tangimus. etenim quamuis non exquisite de his dicere liceat, non ignorabimus tamen omnino ipsa, ortum eorum specie tantum quadam tangentes.* Hæc Philoponus. nec mirum tanta modestia vsum in his Aristotelem, nam disputatio de Meteorologicis, vt annotat Olympiodorus perobscura est: licet in illis dictione perspicua vsus sit Aristoteles. quam sententiam satis illud confirmat, Theophrastum ejus sodalem, & successorem ab eo in multis dissensisse: vt in causa efficiente pluuiarum, in causa motus obliqui ventorum, in loco, vnde exit exhalatio calida, & sicca, in causa saporis salsi maris. sed ad aliud testimonium transeamus: quod paulo post eodem libro legitur: *non semel, nec bis, sed infinities easdem opiniones, &c.* ad quem locum hæc obseruat Olympiod. *si igitur veteres existimarunt ex alia natura cælum (quam hæc inferiora) consta-*

constare & ante Aristotelem non oportet gloriari, in ijs, quæ quispiam inuenit. nam cum mundus infinitus sit, contingit vt multi idem dicant & vt fructuum bonus est fœtus, sic & animorum. Philoponus autem docet non solum si mundus æternus sit, vt voluit Aristoteles, sed etiam, si aliquando cœperit, quod vere nos profitemur, idem futurum, vt eædem nimirum opiniones sicuti artes, sæpius ad homines reuoluantur. vt Musica, inquit Philoponus & statuaria, quæ olim floruerant, ætate nostra jacent: quæ iterum aliquando riuiuiscent, & vigebunt. eandem sententiam scripserat Aristoteles libr. 1. de Cœlo: vbi Simplicius, quod & D. Thomas approbat, de veris tantum opinionibus illam interpretatur. sed transeamus ad cætera.

57. *Et talis quidem secundum vitam fuit Philosophus, addidit autem Philosophia plura, quæ ipse inuenit. Ethicæ addidit felicitatem & in bonis exterioribus constare, sicut Poenus ait.*] Quantæ accessiones factæ fuerit ab Aristotele philosophiæ diligentius traditur, quam apud scriptorem Græcum. in Græco namque scriptore nil de philosophia morali, neque de Mathematis legitur. ac primum illud *inuenit*, legatur in V.T. *elegit*, quasi Græce legere ηῦρηκε. pro quo ego malui εἵρηκε minima

ma mutatione. atque ita reposui, *inuenit.* de accessione autem, quam fecerat Aristoteles philosophiæ morali, hæc scribit auctor huius vitæ. à Polyæno philosopho felicitatem in bonis externis collocari, à Platone autem in anima tantum, ab Aristot. vero in anima quidem potissimum, sed inquinari illam, & angustam reddi, si bonis externis male affecta sit. Polyæni cujusdam admonitionem profert Stobæus in sententijs moralibus in disputatione de consolatione, qua monet non esse dolendum, si quis moriatur, sed si quis turpiter moriatur, mortem enim naturæ deberi. quę sententia non multum aliena ab ejus opinione videtur, qui felicitatem bonis tantum externis, vt gratia, existimatione, & honoribus metiretur. Laërtius in Phædone Polyæni, vt Socratici philosophi videtur meminisse. cui ascriberetur dialogus Phædonis inscriptus *Medius*. forte à Medo aliquo, qui se beatum præ ceteris arbitraretur, quod opibus & deliciis afflueret. de *luxu* autem *Medico* pleni sunt veterum libri, & de *mensa Medica*. de qua parœmiographi multa.

58. *Nec in anima solum, sicut Plato dicebat.*] de sententia Platonis, ne multis congerendis molestus sim, tantum afferam ea, quæ Stobæus lib. 2. Eclogar. Moral. ex Eudoro Academico Alexandrino repetit. is igitur

igitur de Platonis sententia, vt Latine interpreter, hæc prodit. *Socrates, ac Plato congruenter Pythagoræ finem posuerunt assimilationem Deo* (non enim ὁμοίωσιν. *similitudinem*, vt Canterus reddo) *sed Plato id apertius expressit, quatenus fieri potest, adiungens. quod sola prudentia fieri potest. hac autem est secundum virtutem.* addit idem hanc sententiam expressam fuisse à Platone in Timæo Physice, & Pythagorice, cum prouidentiam diuinam declarat; in libris de Repub. Ethice; in Theæteto Logice, quarto vero de legibus aperte, & copiose, & paulo post idem subjungit Platonem in sententia de beatitudine consensisse Democrito: qui animam fecerat domicilium beatitudinis, sic & Platonem beatitudinem collocasse in parte animi principe, quæ sit ejus habitus quidam, & affectio. sed videamus sententiam Aristotelis.

59. *Sed habere quidem formam in anima, coinquinari autem, & constrictari solum ipsam ab exterioribus non bene se habentibus: proprie dictionibus vtens. etenim quæ coinquinantur, intersus ipsam pulchritudinem habent, occultantur autem secundum solam superficiem, & constricta eandem magnitudinem habent secundum veritatem.*] Aristoteles diserte principatum beatitudinis tribuit animo, cum beatitudinē definiat actio-

nem

nem ſecundum virtutem perfectam: idem tamen cenſet lib. I. Nicomach. in rebus aduerſis, & proſperis non eſſe parem conſtantiam viri beati: eas enim res ſi paruæ ſint parum admodum commouere virum beatum, ſi autem magnæ ſint, & proſperæ etiam illum exornare, ſin autem aduerſæ, θλίβειν καὶ λυμαίνεσθαι τὸ μακάριον, id eſt *coinquinare, & conſtrictare*, (vt hic interpres loquitur) *quod beatum eſt*. etenim dolores afferunt, & impediunt multas actiones honeſtas: non quod eas funditus tollant. elucet enim in his & ratio honeſtatis, ſi quis moderate ferat multas, & magnas calamitates, dum id non faciat propter ſtuporem, aut ſenſuum hebetudinem, quodque ſenſus doloris plane expers ſit, ſed propter animi magnitudinem, & virtutem. quod autem hic interpretatur *conſtrictare*, Lucretius, M. Tullius, & alij *anguſtare* dicunt. neque vero vllus eorum ſaltim, quos vidimus, explanatorum Ariſtotelis pendit illa verba, vt hic interpres facit. *proprie*, inquit, *& accurate vſus eſt Ariſtoteles his verbis*. etenim quæ inquinantur, cum habeant natiuam ſpeciem, & pulchritudinem, ſuperficie tenus commaculantur: ſic & beati animus, quamuis aliquantulum commoueatur magnitudine rerum aduerſarum, de mente tamen, & ſtatu ſuo non deijcitur. &, vt ea quæ anguſtantur,

ſtantur, eandem retinent re ipſa magnitudinem, licet fiant anguſtiora, ſic animus beati licet prematur magnitudine calamitatis, tamen ſuam retinet magnitudinem, & conſtantiam.

60. *Philoſophia autem addidit quintam eſſentiam.*] hoc loco in Græca vita legitur verius *Phyſica*, id eſt, parti naturali Philoſophiæ. fortaſſe legebatur *Phyſica*. & ex compendio ſcripturæ manauit error, aut quod melius *Phyſiologia*, quo verbo vtitur M. Tullius. niſi malis per antonomaſiam poſitum nomen generale pro ſpeciali. ſed de his nimis multa. ad ſententiam accedamus. Ariſtoteli primum ab omnibus fere ſcriptoribus tribuitur ſententia de quinta cœli natura, hoc eſt diſcrepante à quatuor elementis, ac propterea immortali: Platonis eandem fuiſſe ſententiam conatur docere Simplicius ex Xenocratis germaniſſimi diſcipuli Platonis auctoritate. qui in libro quē ſcripſerat de vita Platonis, docet quinque ſimplicia corpora à Platone conſtitui *cœlum* nempe, & *quattuor elementa*, eaq; vt figuris, ſic & natura inter ſe differre. ita Platonem dodecahedron figuram cœlo dediſſe diuerſam à figuris quattuor elementorum. Sed hæc videntur ſymbolica magis, & Pythagorica, quam vera ſententia Platonis. Plato ſiquidem aperte in Timæo docet cœlos ſua natura

natura dissolubiles esse, voluntate tamen diuina contineri tanquam vinculo firmissimo, ne dissoluantur. Xenarchus philosophus, nescio an ille Peripateticus, quem à se auditum scribit Strabo, oppugnauerat quintam naturam ab Aristotele inuectam: cui tamen respondet accurate Alexander Aphrodisius.

61. *Mathematica vero hexagonum esse conum visiuum, propter id quod in plus incedit visus, cuius inspicit magnitudinem, & secundum hoc nihil eorum, quæ videntur, simul totum videtur: & sic maiorem fieri axem base, quæ est ex hoc, & hexagonum conum perficere.*] ne vestigium quidem vllum horum in Græca vita. videtur autem hic auctor postulare Mathematicam partem Philosophiæ esse. quæ sententia Ammonij quidem est, & posterorum. veteres tamen Academici, & Peripatetici, atque Stoici in alia sententia fuisse videntur. etenim Plato non recipiebat in scholam Philosophiæ eos, qui Geometriæ, hoc est *Mathematicarum* ignari essent. quasi Mathematicæ ante Philosophiæ studium aliunde cognitæ afferendæ essent, & Xenocrates eius successor ad carminandas lanas eos reijciebat, qui sine Mathematicarum cognitione Philosophiam adirent. Aristoteles item, vt A Gellius obseruauit, in auditore legitimo philosophiæ futuro

turo requirebat elementa eruditionis, id est προπαιδείας, vt loquitur Plato, quo nomine Grammaticam, Poëticam, Rhetoricam, & Mathematicas comprehendi nos alibi docuimus. Stoici vero negant eas partes esse Philosophiæ: quia nil afferunt præsidij ad bene, beateque viuendum: vt disputat Seneca epist. 89. Sextus etiã Empiricus lib. 1 de philosophia, cum omnium diligentissime veterum philosophorum sententias de numero partium philosophię colligat, nullam plane in illis recensendis *Mathematicarum* artium mentionem facit, sed diserte illas in τῇ προπαιδείας Philosophiæ libris 6. prioribus aduersus Mathematicos numerat. de Aristotele vero, & priscis Peripateticis satis multis argumentis à nobis alibi confirmatum ab illis quoque Mathematicas è numero partium Philosophiæ exemptas fuisse. sed his omissis, quod dicitur primus reperisse Aristoteles in Mathematicis, ad optica spectat. de quibus ille librum singularem inscripserat ὀπτικὸν, vt apparet in Syllabo Laërtij. quem librum & Bellunensis à se lectum indicat. quid ergo est inuentum ab Aristotele: *conum visiuum hexagonum esse.* quod, vt planius intelligatur, ponendum illud primo Aristotelem in hac demonstratione optica, vt in problematis opticis sectione 31. & vt Olympiodorus docet in

natura dissolubiles esse, voluntate tamen diuina contineri tanquam vinculo firmissimo, ne dissoluantur. Xenarchus philosophus, nescio an ille Peripateticus, quem à se auditum scribit Strabo, oppugnauerat quintam naturam ab Aristotele inuectam: cui tamen respondet accurate Alexander Aphrodisæus.

61. *Mathematica vero hexagonum esse conum visiuum, propter id quod in plus incedit visus, cuius inspicit magnitudinem, & secundum hoc nihil eorum, quæ videntur, simul totum videtur: & sic maiorem fieri axem base, quæ est ex hoc, & hexagonum conum perficere.*] ne vestigium quidem vllum horum in Græca vita. videtur autem hic auctor postulare Mathematicam partem Philosophiæ esse. quæ sententia Ammonij quidem est, & posterorum. veteres tamen Academici, & Peripatetici, atque Stoici in alia sententia fuisse videntur. etenim Plato non recipiebat in scholam Philosophiæ eos, qui Geometriæ, hoc est *Mathematicarum* ignari essent. quasi Mathematicæ ante Philosophiæ studium aliunde cognitæ afferendæ essent, & Xenocrates eius successor ad carminandas lanas eos reijciebat, qui sine Mathematicarum cognitione Philosophiam adirent. Aristoteles item, vt A. Gellius obseruauit, in auditore legitimo philosophiæ futuro

turo requirebat elementa eruditionis, id est προπαιδείας, vt loquitur Plato, quo nomine Grammaticam, Poëticam, Rhetoricam, & Mathematicas comprehendi nos alibi docuimus. Stoici vero negant eas partes esse Philosophiæ: quia nil afferunt præsidij ad bene, beateque viuendum: vt disputat Seneca epist. 89. Sextus etiã Empiricus lib. 1 de philosophia, cum omnium diligentissime veterum philosophorum sententias de numero partium philosophię colligat, nullam plane in illis recensendis *Mathematicarum* artium mentionem facit, sed diserte illas in τῇ προπαιδείας Philosophiæ libris 6. prioribus aduersus Mathematicos numerat. de Aristotele vero, & priscis Peripateticis satis multis argumentis à nobis alibi confirmatum ab illis quoque Mathematicas è numero partium Philosophiæ exemptas fuisse. sed his omissis, quod dicitur primus reperisse Aristoteles in Mathematicis, ad optica spectat. de quibus ille librum singularem inscripserat ὀπτικὸν, vt apparet in Syllabo Laërtij. quem librum & Bellunensis à se lectum indicat. quid ergo est inuentum ab Aristotele: *conum visiuum hexagonum esse.* quod, vt planius intelligatur, ponendum illud primo Aristotelem in hac demonstratione optica, vt in problematis opticis sectione 31. & vt Olympiodorus docet in

Meteorologicis sequi opinionem publicam opticorum visum nimirum fieri missis radijs ab oculis. quo posito Euclides in opticorum postulatis ponit basim visus, quæ est in extremis rei visæ conicam esse, alij vulgo basim pyramidis quadratæ faciunt. Aristoteles autem mediam viam, vt solet, ingressus, nec conicam rotundam basim facit, neque quadratam, sed conicam hexagonam. quod vt efficiat, sumit illud, vt principium per se notum experimento, visum progredi longius, quam id quod cernitur. ex quo colligit nihil eorum, quæ videntur, simul totũ videri. quod est primum theorema Opticorum Euclidis, nam cum radij recti, & illi, qui extrema attingunt, ac ne cæteri quidem se contingant, atque aliquo interuallo inter se distent, vt positum est ab Euclide in petitionibus, necesse est, vt quod medio spatio intercipitur, non cernatur. Vitellio tamen lib. 3. theorem. 48. demonstrat fieri posse, vt inæqualiter totum videatur, ac præsertim si sit vnius tantum coloris, nec procul absit, & minorem diametrorum sit. quoniam igitur anguli visus certiores, & distinctiores fiunt ex contactu radiorum eorum, qui fines superficiei visæ attingunt, cumque parte supera, & infera bini anguli vtrinque ab Opticis ponantur (& recte. quia liberius patet aspectus secundum eas partes) dextera

vero,

vero, & sinistra, quæ altera dimensio superficiei est, angustius pateat, & magis prematur, necesse est singulos vtrinque angulos fieri. ita erunt necessario sex anguli principes, atque ita fiet conus hexagonus. etenim bini fiunt anguli parte supera, & totidem infera, & singuli à lateribus. accuratior autem hujus rei demonstratio ab Opticis exquirenda est: dum Opticis Aristotelis frui non licet. sed quid est illud, *& sic majorem fieri axem base, quæ est ex hoc?* de axe quidem radiali, vt loquitur Vitellio, est sensu perspicuum majorem esse basi. vocat enim ille axem radialem, eum qui contingit extrema, qui vltra rem visam fere longissime progreditur. Non accipiendum autem de axe recto: etiam si aliquando major base cernitur: vt in parallelis, quæ eminus spectantur: quę quo longius absunt, eo angustiora apparét, vt pœne constringere se, quę procul disiuncta sunt, videantur, vt columnæ Xystorum. legebatur in M.S. *majorem fieri à* XCIII. *base.* quasi notæ essent arithmeticæ. ex quibus ego *axem* describendum curaui. sed jam ad alia transeamus.

62. *Theologia vero etiam quamuis nihil addidit, tamen de ea nihil diminute determinauit. non enim solum mundana vidit, sicut quidam putant, sed & ea, quæ sunt supra mundum.*] eadem prodit totidem verbis vita

Græca. *Theologiæ* autem nomine primam philoſophiam intelligit: vt idem Ariſtoteles loquitur lib.6. de Sapientia. veteres quoq; ante Ariſtotelem illud nomen vſurparunt in parte principe philoſophiæ. hinc lib. 2. de Repub. Platonis tres illi typi *Theologiæ*, vt loquitur ibi Plato, quibus Deus Opt. Max inſignis eſt bonitas, ſcilicet, immutabilitas, & veritas. è cujus loci occaſione forte *Proclus ille Diadochus ſex illos libros de Theologia Platonis* tanta ſerie auguſtarum triadum digeſſit. Ariſtoteles igitur, quanquam Plato illi in hac parte à multis præfertur, tamen libro 12. de Sapientia multa accurate de deo, & reliquis mentibus diſputat, atque etiam ratione & via apertiori, quam Plato, non fabulis, ſymbolisve Pythagoricis illa inuoluens, ſed demonſtrationum firmamentis, quantum patitur rei natura, & vis humani ingenij, illa ſtabiliens.

63. *Sicut declarat in 8. de Phyſico auditu dicens: quod prima cauſa nec per ſe mobilis, nec ſecundum accidens. ex hoc demonſtrans, quod diuinum nec corpus eſt, neque paſſibile.*] Quod primum mouens nec moueatur per ſe, neque fortuito, ſic demonſtratur. primo non per ſe: quia moueretur ab alio, & daretur mouens prius primo: quod eſt abſurdum. neque per accidens, quia quæ mo-

uentur per accidens, mouentur ad motum corporis, in quo sunt, vt anima in homine: Primum autem mouens est omnino à corpore separatum. ex hoc autem theoremate concludit Aristoteles, vt hic auctor censet, primum mouens, neque corporeum, neque patibile esse. quod est vltimum Theorema στοιχειώσεως Physicæ Procli. quam ex posterioribus libris Physicorum Aristotelis more, & instituto Mathematicorum elegantissime descripsit. Sed hic auctor videtur κύκλῳ δεῖξαι, id est, *in orbem demonstrasse*, vt vulgo loquimur, primum mouens non esse corporeum, quia nec mouetur per se, neque fortuito, & vicissim non moueri fortuito, quia omnino à corpore separatum. Aristoteles tamen, & Proclus ex eo aliter sic demonstrant non esse corporeum: Si corporeum namq; esset, aut vires haberet finitas, aut infinitas: neutrum autem illi conuenire potest. quare non est corporeum. etenim si vires essent finitæ, non proficisceretur ab eo actio illa immensa, qua demonstratũ supra est motu sempiterno illud cœlos mouere, sin infinitæ, nullo modo essent in corpore finito, vt in superioribus lib. probatũ est. ac ne in infinito quidẽ: quia demonstratũ li. 3. & alibi nullũ ejusmodi corp⁹ cohęrere posse. ex his etiã efficietur neq, patibile esse primũ mouẽs. etenim omne patibile, corporeũ est.

64. *Composuit autem & medicinalia problemata, & physica problemata, in* LXX. *libr, existentia,& aspectiua problemata, & Mechanica*] Quasi dicat præter eas accessiones, quas fecit Aristoteles singulis partibus philosophiæ, separatim edidit multa problemata diuersarum artium. quod autem Aristoteles 70. libr. ediderit problematum tantum physicorum, aut certè simul physicorum, & medicorum nusquam alibi legi. in his certe, quæ habemus, sunt aliquæ sectiones problematum medicorum, vt tota prima, sunt & moralium quales 27. 28. 29. 30. sunt & Mathematicorum, cujusmodi 15. & musicorum, vt 19. &. de Philologia, cujusmodi est, 18. naturalium vero multo plures. non extant tamen nisi 38. sectiones. è quibus vt septem,aut octo eximamus,quę neque naturalium, neque medicorum problematum dici possunt,superessent. 30. itaque vt expleretur numerus hic notatus, deessent 40. Meminerunt autem horum præter interpretes Aristotelis & alij, vt Athenæus, Apuleius. A. Gellius, Macrobius & alij. deesse multas sectiones in his verisimile est. in editione vltima Aldina Græca obseruatum deesse duas sectiones integras, & pulcherrimas post 25. vnam *de igne*, alteram *de lumine*. Legimus & apud A. Gellium,& alios problematum aliquorum physicorum men-

mentionem factam, quæ in his nusquam apparent. Tale illud Simplicij lib. 2. Comment. in libros de cælo, in quo docet Aristotelem non acquieuisse sententiæ Astronomorum de orbibus reuoluentibus. A. Gellius citat problema ex sect. 30. nomine problemat. *Encycliorum*. atque idem libr. 3. cap. 6. citat libr. 7. problemat. Aristotelis. *De Aspectiuis* autem, aut vt vulgo loquuntur, *de Perspectiuis* ediderat Aristoteles librum vnum ὀπτικὸν, vt supra monuimus, & de Mechanicis alterum qui extat. Laërtius prodit Aristotelis librum singularem de *problematis*, duos ἐπιτεθεαμένων *problematum*, totidem *encycliorum problematum*, & de re medica item duos.

65. *Et scriptas ab eo justificationes Græcarum ciuitatum, quibus lites Græcorum determinabat. scripta autem est ab eo posterius historia politiarum.*] Laërtius in indice librorum laudat libros 2. Δικαιωμάτων nomine. interpretor autem δικαιώματα *iura*, quemadmodum accipit Thucyd. libr. 6. quibus dirimebantur lites Græcorum, vindicabanturque injuriæ aliis illatæ, efficiebaturque vt quisque jus suum obtineret, aut quod verius est, docebatur vt jus disceptare judices, & magistratus Græci solerent. sic & νόμιμα *Barbarica* inscripserat alios li-

bros quibus fortasse jura, aut instituta certæ Barbararum nationum persequebatur. de quibus Varro, & alij, & nos supra num. 44. de *Historia* item *politiarum* satis multa supra disseruimus. illa vero accessio facta hoc loco, quæ aliunde, quod sciam, nota non est, post τὰ δικαιώματα Græciæ editas ab Aristotele fuisse Politias.

66. *In Philosophia vero transcendit humanam mensuram, nihil diminute de ea tractans, sed & multa ei adijciens ex sui solertia, totam direxit philosophiam.*] Superiora in Græca vita non erãt descripta. Hæc vero in illa expressa sunt de doctrina quidem Aristotelis multa veteres scriptores disputarunt. è quibus non omnia quidem, quæ infinita prope essent, neque seruata serie ætatis auctorum, sed vt occurrent, aliqua tantum proferam. D. Cyrillus contra Iulian. lib. 1. *ille*, inquit, *qui apud eos maximam, & vsque ad miraculũ grauitatem sententiarum habet Aristoteles Stagirites Platonis discipulus.* quo loco forte Græce legitur δεινότητα (neque enim adhuc in eos libros Grecos incidere nobis cõtigit) id est *vim*, vt M. Tullius interpretatur in Demosthene: quæ sũma & caput est totius prudentiæ humanę, ita, vt nil in ea prætermissũ, nil redundãs, nil alieno loco positũ, nil perperã immutatũ fere possit notari. Roisius in pro-

prolegomenis Physicor. confirmat accuratissime Aristotelem & inuentoré, & perfectorem fuisse Logicæ. Physiologiæ, & τῶν μετὰ τὰ φυσικά. affirmaturus idem de Morali si in ejus libros Politicos incidisset. quod negat sibi contigisse in epitoma eorum, quę analyticę Plato in libris de Repub. de Politicis tradiderat. Ac inuentorem illarum artium fuisse Aristotelem, sic Roisius confirmat. quia, quæ cæteri ante ipsum de illis tradiderant, erant ejusmodi, vt vix dubitationis loco proferri tuto possent, nedum pro certa parte artium: Aristotelis contra scripta ejusmodi sunt, vt singulæ sententiæ instar principiorũ in singulis artibus planæ sint. qua propter pręclare idem Roisius singulas sententias Aristotelis separatim pẽdit, tanquam aphorismos Hippocr. quos vulgo textus commentorũ Latini appellant. Quæ autem Plato de his docuit, prope accedunt ad rationẽ, & viam, qua artes doceri debent, sed sunt quam paucissima, vt ille ait, si cum scriptis Aristotelis conferantur. perfectorẽ autem fuisse illarum artium ita demonstrat: quia nulla pœne accessio, aut confutatio sẽtentiarum Aristot. facta à posteris vsque ad ejus ætatẽ fuit, quæ alicujus esset momenti. quod de Physiologia plane non pronunciasset, si in libros *Theophrasti de plantis* incidisset: qui tamẽ ex eadem schola, & officina

prodierant. nisi forte existimauit eam partem satis expleri duobus illis libris de plantis, in quos legimus extare commentaria magna ejusdem Roisij: qui libri si sunt ij, qui vulgo circumferuntur, non video quod præsidium possint afferre. indigni certe Aristotele, centones male assuti ex locis varijs Aristotelis & lib. 1. Histor. Theophrasti. Theodorus item Logotheta ἐν τοῖς συμμίκτοις confirmat Aristotelem inuentorem, & perfectorem Logicæ fuisse. Physiologiæ vero tantum perfectorem, solamque ejus philosophiam à posteris receptam, cum sola prope superstes sit, cumque qui probe nouerit ejus philosophiam, & memoria tenuerit, eum in omnibus partibus vitæ, & sapiētiæ perfectum futurum. Logicis porro, & ἐν τοῖς μετὰ τὰ φυσικὰ Aristotelis nullam accessionem factam à posteris accepimus, quæ insignis sit: nisi quis forte illam subijciat de Syllogismis hypotheticis, quæ à Theophrasto, & Eudemo facta dicitur auctore Boëthio, & ex eodem potest sarciri. quod autem Academici suum Platonem ἐν τοῖς μετὰ τὰ φυσικὰ Aristoteli anteponunt, in vnoq; Parmenide totā ejus Theologiam contineri arbitrantur, id ejusmodi est, vt Galenus & Marinus Procli in Academia successor, nihil præter logicas præceptiones

priones de generibus & formis ibi exponi videantur existimasse. & vero ratio illa Zenonis, quæ in Parmenide docetur, videtur potius dialectica, quam primæ Philosophię, propterquam & ἀμφοτερογλώσσου cognomen Zeno ille Velinus inuenit, atque eum ejus dialecticæ inuentorem fuisse Aristoteles in Sophista pronunciauerat, vt legitur apud Laërtium. Ita & dialogus Parmenides Platonis λογικὸς inscribitur. nam libri illi de *Theologia Platonis* qui à Proclo magno studio ex varijs locis Platonis colliguntur, satis declarant nil fere à Platone perpetua serie, vt ab Aristotele fieri videmus, *de Theologia* disputatum fuisse. Quid quod omnia pœne sunt mystica, & Pythagorica, & ad suas triades βιαιότερον aliquando reuocata? *in* στοιχειώσει autem *Platonis Theologia* nulla Methodus Platonis spectari videtur, sed potius Aristotelis & Mathematica. Etenim Plato suas demonstrationes fabulis obsignat: quarum ne vestigium quidem vllum ibi cernitur, ac ne omnia quidem certa in ea στοιχειώσει, vt nec in 6. libris ejusdem de Platonis Theologia. *Mystica* vero *Theologia*, quæ Aristoteli vulgo ascribitur, longissime abest à genere dicendi, & scribendi Aristotelico. quod autem Epicurus vitio vertit Aristotelis plus justo curiosum
in

in ſingulis animalium formis, & natura,& moribus deſcribendis videri,& *pharmacopolam* eum contumelioſe appellat, plenum eſt inuidiæ iniquiſſimæ: cum ad illos libros cōponendos millia hominum, vt ait Plinius juſſa eſſent ab Alexandro rege illi parere, accupes,piſcatores, venatores, quorum opera poſſet ille facilius ſingula perſcrutari. nam quod Proclus in comment. Timæi ſcribit Platonem principia ortus Meteororum tantum explicaſſe, Ariſtotelem vero vltra id quod decet, ad minuta quæq; delapſum, mera calumnia eſt. Venire in mentem illi debuit illud Ariſtotelis lib.1.de part.in omnibus naturalibus rebus etiam in abjectiſſimis quiddam admirabile,& diuinum latere: quod ibidem confirmat Ariſtoteles teſtimonio illuſtri Heracliti philoſophi. in diſputatione vero de animalibus quod idem Proclus tradit, à Platone omnes cauſas πληκὰς, & συναιτίας expoſitas, ab Ariſtotela vero in paucis admodum formam indicatam, in pleriſq; etiam illum tantū in materia conſtituiſſe, dumq; ex illa cauſas reddit, apparere quantum ſuperetur à ſuo magiſtro Platone apertam prodit calumniā. Etenim lib. i de partibus & progreſſu animaliū,materiam,& finē ſingularum partium ſubtiliſſime demonſtrant,atq, in lib.de ortu animal. efficientē, formam autem, aut eandem cum
fine

fine plane facit, aut dũ explicat, qui singula fiant, reuocat more Physico ad temperationes illas, & rationes agendi, & patiẽdi, quas lib. 4. Meteorol. vt cætera acute perspexit. quę pars Physiologię, nisi fuisset ita diligẽter ab Arist. atque ejus sectatoribus explicata, jacuisset vniuersa disciplina medicinæ, incertaq; vagaretur; vt ex Galeni aliquot locis colligi potest, & alij vt Roisius ingenue illud profitẽtur, ac ne *hippiatrica*, neq; *agricultura*, si τεχνικώτερον tractarẽtur, constare cũ dignitate sine ea parte, & certo potuissent. Quod autẽ obiicit Proclus logicæ Aristotelis, in scholijs ad Cratylũ Platonis facile percipi posse ejus analyticam ab homine nõ hebeti, neq; tardo, vt illud ei cõcedamus, quod plerique veteres negant, non est certe id in vitio ponendum. neq; id à Proclo criminãdum in Arist. fuit, quod ipse tanto studio sectatur in vtraq; στοιχειώσει Theologica, inquã, & Physica, & quod tanto ornamẽto illi est in comment. Euclidis vt quotiescunque judiciũ suum interponit, & grauissime quidẽ de erratis, vt illi videtur, Euclidis, nõ methodos Platonicas, sed analyticas Arist consulat, & ad eas tãquam ad normã certissimã judiciũ suum referat. In methodis autẽ Platonis, & pręsertim in definiendi, & diuidẽdi, quantũ insit obscuritatis, atq; etiã quæ alia insint errata, qui legerit attẽte lib. 1. Aristotelis

telis de partibus animal. facile cognoscet: & præsertim si comparauerit illa cum exéplis, quæ leguntur in eiusdem Platonis Politico, & Sophista. *Demonstrandi* item methodus Platonica, quæ fit per diuisiones, quam Plato magni faciebat, quam inconstans, & incerta sit, copiose docet Aristoteles lib. 1. de Syllogismo. Quod si Stoici Peripateticos, vt tardos in disserendo, irrident, id faciunt, quia spinosa illorum argumenta non sectantur: quæ Peripatetici verissime refellunt. Idem potest pronunciari de poëticis, & Rhetoricis Aristotelis, quod de partibus Philosophiæ attribuit Roilius Aristoteli. etenim ante illum neminem licet reperire, qui artes has ita τεχνικῶς docuerit, neque posteri videntur quicquam illis adjunxisse, quod permagni interesset. nam quæ vulgo fit accessio Poëticis *de Comœdia*, & alijs, ea fit propterea quod lib. 2. Poëticor. illius amisimus. quæ vero facta est ab Hermagoreis, & præsertim ab Hermogene Rhetor. Aristot. ad vsum potius, & exercitationem, quam ad methodum artis, spectat. conjunxerant namque Hermagorei vsum cum methodis artis, vt tradidit M. Tullius. *Criticam* quoque (sic *Grammaticam* olim nominabant) in speciem artis primus Aristoteles reuocauit, vt ait Dio Chrysostomus: à quo eandem perfectam fuisse cre-

credibile est. Concludamus igitur cum Roisio, si inuenire eandem artem, eamque perficere diuini potius, quam humani ingenij est, Aristoteles autem tot artes, tamque præstantes primus, methodo saltem accurata inuenit, & perfecit, diuinæ potius, quam humanæ conditionis illud esse, meritoque Aristotelem *diuinum*, vt illo ait, *virum* à veteribus fuisse appellatum. itaque factum, vt simulatque ejus libri vulgo noti esse cœperunt, cæterorum philosophorum familiæ, & scripta obscurarentur, vixque eorum spicilegia superessent. vnius tantum Platonis prope omnia habemus: è quibus, & si quis decem tantum illos dialogos, quibus vniuersam philosophiã à Platone comprehendi voluit Iamblichus, separatim, & quo ordine Platonici eos digesserunt, persequatur, vix millesimam partem philosophiæ exprimet, si cum scriptis Aristot. & Theophrasti ea comparet. Quare merito idem Roisius in procemio Physic. *peregrinum quiddam, & singulare, ac miraculum Aristotelem nominauit*, tertio vero libro Meteorolog. *regulam, & exemplar naturæ*, quasi de cœlo delapsum, Quinctilianus ὁ κριτικώτατος lib. 10. hæc de Aristot. prodit, *quid Aristotelem? quem dubito scientia rerum, an scriptorum copia, an eloquendi suauitate, an inuentionum acumine, an varietate operum*.

rum, *clariorem putem*. Macrobius autem magni in primis nominis philoſophus, & philologus auſus eſt de Ariſtotele illud pronunciare *nihil tantum virum ignorare potuiſſe*. Theodorus Logotheta *conſiliarium* eum, & *aſſeſſorem naturæ* appellat, & *normam rectiſſimam, atque accuratiſſimam naturæ*, & *artificem omnino perfectum, atque naturæ patronum*. Plinius *ſummum in omni ſcientia virum* nominat. de Peripatetica vero diſciplina M. Tullius 5. de Finib. docet nihil ab eo in vlla parte Philoſophiæ prętermiſſum, omniaque cum rationibus probabilibus, tum neceſſarijs, quales illæ Mathematicorum, demonſtrata: ex eaque poëtas nobiles, oratores, hiſtoricos, imperatores, rerumque publicarum gubernatores prodijſſe. Legimus etiam in Tuſculanis ab Ariſtotele veteres philoſophos accuſatos, quod iactitarent ſuis ingenijs philoſophiam perfectam fuiſſe, ſe tamen videre, quod paucis annis magna acceſſio facta eſſet, breui tempore philoſophiam plane abſolutam futuram. Galenus vero perſpicue docet nullam philoſophorum diſciplinam conſtantiorem, nullam certiorem, nullam magis ſuis principijs, atque finibus conſentientem. fatetur idem ingenue lib. 2. de Decretis Hippoc. & Platon. ſe libros illos quindecim *de Demonſtratione*, in quibus omne præſidium ſuę artis,

artis, & ceterarum collocabat, ex decretis Logicis Aristotelis & Theophrasti depromsisse, exemplisque potissimum suæ artis illa illustrasse: sed veniamus ad cetera.

67. *Logica enim apponit distinguens regulas à rebus & faciens demonstratiuam methodum. antiqui enim demonstrare quidem sciebant, idem patientes scindere corium non potentibus, calceis autem vti potentibus.* quod Aristoteles videtur in extremo libr. Elenchorum arti tantum Topicæ, & Elenchorum tribuere, illud hic auctor transfert ad methodum apodicticam, id est demonstrandi: quæ finis & summa Logicæ est. Nec ceteræ Logicæ partes ab vllo ante Arist. repertæ. nam Categorias, quarum inuentum Pythagoricis alij tribuunt, incertum est, negatque Themistius Architæ Pythagorici esse eos libros, qui καθόλε λόγοι inscribuntur, sed Peripatetici cujuspiam: qui vetustate nominis auctoritaté suo operi comparare voluit. Figuras autem syllogismorum primus Aristoteles monstrasse dicitur ab Alexādro, & Philoponus vno verbo omnes methodos Logicas ab Arist. inuentas scribit. à Platone autem paucissima tantum præcepta definiendi, & diuidendi ex tota arte accepimus, vt vere potuerit affirmare Aristoteles vsum tantum illos artis, non præcepta tradidisse.

K Hæc

Hæc autem omnia, vt proxima superiora, & quæ deinceps sequuntur, descripta sunt in Græca vita.

68. Insurgentibus autem ipsi Atheniensibus ivit Chalcidem: hoc dicens, Non concedam Atheniensibus bis peccare in Philosophiam. & mittens Antipatro scribit Athenis commorari periculosum, & dixit illud Homericum:

Pyrus autem supra pyrum senescit,
Ficus, autem supra ficum,

successionem accusatorum ænigmatice loquens. Alexandro mortuo ἀντιρσίας ἐν Ἀθηναίοις γενομένης, vt in Græca vita legitur, id est, *coniuratione inter Athenienses coorta*, sed melius vetus translatio *cum in eum Athenienses conspirassent*, accusatus est ab ipsis, vt scribit Origenes contra Celsum quod ἀσεβὴς, & ἄθεος esset, aut ab Eurymedonte Hierophanta Cereris, vt ait Laërtius, aut à Demophilo, vt prodiderat Phauorinus, quod hymnum in Hermiam tyrannũ Atarnensium scripsisset: qui honos diuino tantum numini debebatur, siue ille pœan esset, vt vult Laërtius, siue scolion, vt disputat Athenæus. cohonestauerat prætérea Aristoteles eundem Hermiam statua, quam illi posuerat Delphis, atque epigrammate. describuntur autem epigramma, & hymnus à Laërtio & Athenæo. Veritus ergo Aristot. ne ab Atheniensibus supremo

supremo supplicio plecteretur, dimissa schola Atheniensi, profectus est Chalcidem vrbem maritimam Eubœæ insulæ ad Euripum sitam, illud iactitans: *Non concedam Atheniensibus vt bis in Philosophiam peccent.* occiderant enim antea Socratem Philosophum, vt addit auctor Græcus, & veterum monumenta comprobant eiusdē criminis, iniquè, vt post apparuit, condemnatum, & *mittens* Antipatro hoc est ἐπιστείλων. id est, supra locutus est *missa epistola* ad Antipatrum successorem Alexandri in regno, & suum discipulum, vt tradit Suidas. nouem porro epistolas ait Laërtius ab Aristotele ad Antipatrum scriptas. in illis Eusebij lib. 15. de Præp. Euan. ex li. 7. Aristoclis Peripatetici de philosophia scribit Aristotelem purgasse se diligenter de nuptijs Pythiadis. Sed quod attinet ad accusationem impietatis, ferebatur apologia Aristotelis qua se tuebatur. De ea dubitat Athenæus, esset ne Aristotelis. Phauorinus eam causam primam judicialem pro se eum conscripsisse inquit, vt refert Laërtius. Seneca vero lib. de vita beata solam eam causam pro se tota vita dixisse commemorat. versus autem, quem vsurpauit, ex duobus hemistichijs. lib. η. Odyss. Homeri conglutinatus est. versus sunt vulgo noti:

Ὄχνη ἐπ' ὄχνῃ γηράσκει, μῆλον δ' ἐπὶ
μήλῳ.
Αὐτὰρ ἐπὶ σαφυλῇ σαφυλὴ, σῦκον δ' ἐπὶ
σύκῳ.

quem quoque locum ſcribit Euſtathius jactatum ab Ariſtotele contra calumnias Athenienſium quæ aſsiduæ erant, nec vnquã intermittebantur, ſed aliæ aliis, vt poma ſuccedebant. Hemiſtichion autem illud περὶ σύκων alludit ad nomen illud συκοφαντίας: quo vulgo in calumnijs Athenis vtebantur.

69. *Vixit autem Ariſt. annos. LXIII.*] ad illum locum fuerunt anni. LXIII. eſt hæc ἀνακεφαλαίωσις totius Chronologiæ vitæ Ariſtotelis, quæ totidem fere verbis in exemplari Græco ſcripta eſt. Initio tantum eſt in Græca leuis quædam adiunctio. Vixit autem τὸν σύμπαντα χρόνον Ariſtoteles, id eſt, ſi ſummam annorum totius vitæ in vnum colligas. LXIII. annos. ſed de ſingulis capitibus hujus ἀνακεφαλαιώσεως ſatis multa ſupra diſputamus. *Vixit autem annos. 63.* at quidam vt ait Suidas, 70. vixiſſe prodiderunt in qua ſententia fuiſſe Eumolum ſcribit Laërtius. Eandem videtur ſequi Cedrenus: ea tamen falſa eſt. vt ex ſuperioribus liquet.

70.

70. *Et mortuus est in Chalcide dimmittens testamentum scriptum: quod fertur ab Andronico, & Ptolemæo cum voluminibus suorum tractatuum.*] Aristotelem in Chalcide mortuum fuisse omnes consentiunt, sed in mortis causa dissentiunt. alij enim mortuum dicunt exhausto poculo cicutæ, cum accusationẽ impietatis pertimesceret, alij quod ignoraret causam accessus, & recessus Euripi Euboici præ tædio mortuum, alij morbo potius vẽtriculi propter assiduas vigilias,& nunquam intermissa studia litterarum perijsse affirmant. Posterioribus potius assentiendum videtur, quod ἱστορικώτεροι, & φιλολογώτεροι ceteris essent: Dionysius nimirum Halicarnas. Apollodorus Atheniensis,& Censorinus & alij. *Testamentum* Aristotelis extat apud Laërtium, & index eius, liborum: quamvis multi videntur in eo præteriti, qui germani Arist. existimantur. Illud præterea desiderari in Laërtij syllabo videtur, vt libros, quorum argumenta inter se congruerent, in vnum locum conferret: quod ab Andronico Peripatetico in digerendis libris Aristotelis & Theophrasti effectũ commemorat Porphyrius in vita Plotini, quod & se imitatum ait idẽ Porphyrius in reuocandis libris sui doctoris Plotini in Enneades: eã quoq; rationẽ antea secutum fuisse Apollodorũ Athenien-

ſem in Comœdijs Epicharmi in decem tomos tribuendis. Andronico Rhodio forte πίνακες nominabantur, in quibus ſcripta Ariſtotelis & Theophraſti in genera certa diſputationum redigebat: quos eo nomine ſua ætate vulgo notos ſcribit Plutarchus in Sylla. Ad illos πίνακας referendum illud videtur, quod in Theophraſto Græce vulgato legimus octavum ejus librum περὶ ἱστορίας φυτῶν ab Andronico inſcriptum fuiſſe, licet ab Hermippo περὶ φρυγανικῶν, καὶ, ποωδῶν inſcriberetur & in prologo τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ Theophraſti ex ijſdem repetitum Andronicum non agnoſcere illum librum Theophraſti. illa ſingularia in Andronico, vt hoc obiter moneam, fuerunt: vnum quod Plutarchus in Sylla prodidit, libros Ariſtotelis & Theophraſti, qui antea paucis etiam philoſophis noti erant (quod & Cicero in Topicis ſcribit) emendatos à Tyrannione, primo Andronico Rhodio traditos, alterum vndecimum ab Ariſt. ſcholæ Peripateticæ præfuiſſe, quod refert Ammonius in comment. Categoriarum. Quod etſi tentatum eſt ab Octaviano Ferrario propter decem illos ſucceſſores, quos *vita M. S. incerti auctoris*, quam ipſe habebat, illi commemorabat, miror tamen illum plus tribuere neſcio cui filio terræ in hiſto-

historiæ fide, quam Ciceroni, Plutarcho, Laërtio,& Clementi Alexandrino.Nā quod *Praxtilem* facit successorem Theophrasti, adversatur toti antiquitati:quod addit, *Aristoni* successisse *Lyciscū*,& *Praxiphanē*, his *Hieronymum Rhodium*, huic *Prytanim*, cui *Phormionem*. de *Praxiphane* dubium, cum discipulus Theophrasti ab omnibus dicatur,post annos quibus operam dedit Theophrasto,& 18. quibus scholā rexit Strato,& 40. quibus Lyco ei præfuit,& Aristonis circiter decem, præfectū fuisse scholæ. de Hieronymo Rhodio permirum,cū toties de illo fiat mentio à varijs scriptoribus, & tā honorifica,nullum eius successionis vestigium in monumentis veterum reperiri.Praxitelē, Prytanim,Lyciscum Peripateticos quis vnquam legit?de *Phormione*Peripatetico,quod scribitur à M.Tullio 2.de oratore,disertim Stoico Phormioni,& cōceptis verbis ascribit Stobæus. *Critolaus* vero quod sit decimus ab Arist. quam ridiculum? magis probo diligentiam nostri Patricij, qui præter illos septem priores veterum consensu comprobatos, interponit duos ex Athenæo certissimos *Erymneum*, & *Athenionem*, qui si *Apelliconem Teium*, vt fuit Aristotelis studiosissimus,præpositum fuisse scholæ asserere potuisset, vicisset,neq; vllus locus dubitationi relictus fuisset. Tertium illud sin-

gulare in Andronico, quam laudem maximam illi tribuit Galenus lib. *Quod animi mores,&c.* vt philosophiam, quam cæteri Peripatetici dedita opera obscurauerant, quam planissime doceret. Itaque Simplicius in Categor. ait illum παραφραστικῶς illas explanasse: vt mirer qui Themistius principem se faciat ejus generis explanandi nisi forte in Analyticis tantum illud in intelligi voluit. de Ptolemæo, qui testamentum,& indicem librorum Aristotelis descripsit, incertum, qui fuit: an *Ptolemæus Philadelphus rex* Ægypti studiosissimus librorũ, & præsertim Aristotelis, auditorque Stratonis Lampsaceni, successoris scholæ Peripateticæ,vt memoriȩ mandauit Laërtius,an ille, quem Longinus apud Porphyrium in Plotino sua ætate Peripateticum φιλολογώτατον fuisse inquit, nihilque præter poëmatia quædam, & ἐπιδεικτικοὺς λόγους edidisse? an quod credibilius, tertius ille Peripateticus, qui sententiam Dionysij Thracis de Grammatica refutauerat, quod illam experientiam fecisset,vt legitur apud Sex.Empiricum?Sed progrediamur ad reliqua.

71. *Dimisit autem filium Nicomachum, & filiam Pythiada, proprios autem discipulos Theophrastum, Phaniam, Plama, Eudemum, Olitum, Aristoxenum, Dicæarchum, tracta-*

tractatus autem numero mille.] de filijs Aristotelis satis supra disputatum num. 13. de discipulis clariores tantum aliquot videtur numerare, non ex vulgo illorũ, quos solum pomeridianis horis admittebat ad περίπατον δειλινὸν, vt ait, A.Gellius, in quo tradebat illis Rhetoricas meditationes, & ea quæ ad facultatem argutiarum, ciuiliumque rerum notitirm conducebant, sed ex germanis auditoribus, quos ἑταίρους, id est *sodales* prisci nominant : quos cum eorum ingenium prius, laborem, studium, elementa eruditionis, id est philologię cognitioné explorasset, ad περίπατον ἑωθινὸν recipiebat, maneque docebat ἀκροαματικὰ, id est subtiliorem, & accuratiorem philosophiæ disciplinam, vt analyticam, physicam, τὰ μετὰ τὰ φυσικὰ, & ἀκροάσεις ἠθικὰς & πολιτικὰς, quales in Nicomachijs, & politicis illius continentur, non typo tantum, cujusmodi Rhetoribus satis idoneas esse ipse existimat lib.1. Rhetor. Sed de his duobus generibus scribẽdi nos alibi copiosius ex Cicerone, Galeno, Gellio, & ex interpretibus antiquis Arist. disseruim⁹, vt de eius discipulis in lib. *de claris Peripateticis*. quo in libro, quæ singularia in quoq; fuisse potuimus obseruare, colligimus, vt paulo antea in Andron. fecim⁹. Illud obiter hoc loco, & paucis dolendũ, cũ prisci

Peripatetici *sapientiam* cum *eloquentia* coniungerent, quod & à Philone Academico nobili ętate M. Tullij factitatum accepimus, & omnes philosophos fere veteres eosdem sapientissimos, & eloquentissimos fuisse, nostra ætate tantum dissidium linguæ, & cordis in scholas philosophorum infusum siue negligentia, siue ignoratione eorum, qui scholas administrant, aut doctorum, siue præpropera auditorum festinatione, vt pauci, quæ audiunt, quæque legunt, intelligant, pauciores possint, quæ sentiunt, alios docere, quod tamen proprium signum scientis esse Plato in 1. Alcibiad. & Aristoteles 1. de Sapientia notarunt, paucissimi, qui ea quæ norunt, litterarum monumentis consignare, & posteris ea tradere possint, multi vero qui impudentissime audeant publice, & priuatim dicere non solum Barbariem, & orationis squalorum philosophiæ non nocere, verum etiam illi cognoscendę multum prodesse, & quod omnium indignissimum, necessariam esse. Sed redeamus ad Aristotelis discipulos, *Theophrasti* vita extat copiosa apud Laërtium. Satis autem magna est illius laus, & commemoratione dignissima, ab Aristotele lectũ fuisse successorem scholę, & disciplinæ Peripateticæ. proxima laus *Eudemi* non illius Cyprij, sed Rhodij. vinum etenim Rhodium cum gustasset Aristoteles

ſtoteles morti proximus, & Leſbium, vtrũque opido bonum eſſe dixit, vt eſt apud A. Gellium libr. XIII. cap. V. ſed Leſbium ſuauius. Quo facto aperte ſignificauit primum locum inter diſcipulos ſuos *Thephraſto*, ſecundum *Eudemo* tribuendum. Erat quippe Leſbius Theophraſtus, Eudemus autem Rhodius. Nam quod vulgo *Menedemus* in A. Gellio editum, nullo modo probare poſſum, cum *Menedemi* Peripatetici vix ab alio auctore, & alio loco fiat mentio. *Eudemi* vero plurima apud varios ſcriptores, & honorificentiſſima, ac ſemper ab Alexandro & alijs optimis interpretibus *Theophraſtus*, & *Eudemus*, vt ſodales Ariſtotelis, & illius ſententiæ conjunctiſſimi citentur. *Eudemi* porro vitam ſcripſerat Damas, vt refert Simplicius in Commentar. Phyſic. *Phaniam* fortaſſe proximum ſubjecit hic auctor Theophraſto: quod ambo Ereſij fuiſſent ex inſula Leſbo: ſed quod ſequitur *Plama*, quid ſit ignoro. nullum noui diſcipulum Ariſtotelis eo nomine: niſi forte legas *Platonem*. fuit enim eo nomine auditor Ariſtotelis de quo Laërtius in Platone. & Philoponus in Commentar. lib. I. de Syllogiſmo. Malo tamen reponere Phaniæ, quod propius abeſt à ſcriptura: vt quemadmodum *Demoſthenes Demoſthenis*, & alij ſexcenti cognomines patrum, ſic *Phanias Phaniæ appella-*

pellaretur: quanquam id nuſquam de Phania legi. Huius Phaniæ ſæpe meminerunt Plinius & Athenæus. pro *Olitum* prorſus legendum *Clitum*: cuius, vt diſcipuli Ariſtotelis meminit Athenæus affertque eius deſcriptionē Meleagridum auium: eius etiam meminerunt, vt comitis Alexandri in bello, qui res geſtas Alexandri ſcripſerunt, & Valerius Maximus. de *Ariſtoxeno Tarentino* diſcipulo Ariſtotelis Suidas & alij Græci, & Romani. Extant ejus libri tres Harmonicorum Græcè: qui ſatis abunde teſtantur, quā dignus eſſet ſucceſsione ſcholæ Peripateticæ, quam tantopere appetiuerat. In Muſicis præfertur à Cicerone, & alijs, ceteris eius artis megiſtris. *Dicæarchum Meſſenium* Ariſt. diſcipulum deſcribit Suidas vt Philoſophum, Rhetorem, & Geometram. addit maximum honorem illi habitum à Lacedæmonijs: vt Reſp. Spartiatarum, quam ille deſcripſerat, magno conuentu Lacedæmoniorum ante Ephoros in ſingulos annos recitaretur, legeque latā omnes cum primum pubertatem attigiſſent, ad eam audiendam conuenirent, eamque conſuetudinem diu Lacedæmone duraſſe. Panætius Philoſophus clariſsimus Stoicus hunc ſemper in ore habebat vna cum Ariſtotele & Theophraſto principibus Peripateticorum, vt ſcribit M. Tullius Cicero, item ejus librorum

brorum lectione mirifice capiebatur. de ceteris Aristotelis discipulis, atque de his ipsis plura fortasse, & meliora afferri poterant, si ad hanc ætatem peruenissent vitæ illorum descriptę ab Hermippo, & à Nicandro Alexandrino. Sed ex reliquis, si quid ex veterum scriptis licet conijcere, vt cæteros mittamus, ῥητορικώτερος, & ποιητικώτερος *Theodectes Phaselita* fuit, φιλολογώτερος *Clearchus Solensis*, cujus multa apud Athenæum testimonia, φιλοσοφώτερος vero Hieronymus Rhodius, quem discipulum Aristotelis ait Athenæus lib. 10. fuisse, ποικιλώτερος Heraclides Ponticus, ἰατρικώτερος Meno, ἱστορικώτερος Callisthenes. Ignotiores vulgo Echecratides Methymnæus, & Adrastus Macedo, de quibus Stephanus, atque Euxitheus, de quo Plutarchus, ἐν τοῖς πολιτικοῖς παραγγέλμασι, neque magis vulgo notus Palicrates Rhodius filius Bonæi Rhodij fratris Eudemi. Hunc & Galenus in libello de libris proprijs in Arist. Categorias scripsisse ait: Huic ascribebant aliqui, vt ait Ioan. Grammaticus ἐν ταῖς παρεκβολαῖς in τὰ μετὰ τὰ φυσικὰ librum illum, quē Gręci Alpha minus τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ vocant, Latini vero secundum inscribunt: Quæ si vera sententia

est,

est, fuit & is sapientissimus. Hactenus de discipulis, quid de tractatibus, vt hic loquitur, quos Aristoteles reliquit? *Tractatus autem numero mille.* si tractatus sunt πραγματείας integræ, non libri sigillatim recensiti, vix erunt quingenti. si, vt κυλίνδρους numerat Laërtius libr. Epicuri, recenseas, pauciores erunt. Laërtius sane, vt doceat Aristotelem φιλοπονώτατον, & δεινότατον fuisse, quadringenta prope συγγράμματα ait illum conscripsisse: qui fœtus illius legitimi sint. nam multo plura illi attribui, vt quadraginta Analyticorum refert Philoponus Aristotelis nomine edita, quattuor vero tantum, quæ habemus, illi adjudicata, vt legitima. Sic & Simplicius scribit in Categorijs à quibusdam illi assignari τὰ περὶ λέξιν, qui libri qui, & quot fuerint, incertum: nisi sint illi περὶ λέξεως β. quorum meminit Laërtius. Sed hæc omnia incerta. neque enim certus numerus librorum Aristotelis notari à nobis potest. Idem certe Laërtius in Epicuro inter πολυγραφωτάτους refert Aristotelem, quanquam Epicurum putat plura scripsisse: quod aliorum testimonia suis scriptis non inferserit, vt Aristoteles & Zeno, atque Chrysippus: qui in illis coaceruandis cæteros superat. Sed

inique

iniquie facit, vt alibi obſeruauimus, qui Ariſtoteli eandem notam, quam Stoicis inurat: cum Stoici, vt ſcribit Galenus teſtimonijs poëtarum ſua paſſim confirmarent, immo & integris poëmatis aliquando ſua aſſererent. quod nuſquam ab Ariſtotele factum videmus: ſed vt ſuam ſententiam, & veritatem magis confirmet, aliorum decreta, & argumenta, quibus illa confirmarent, profert, ac diligenter refellit: neque omnia quidem, ſed ea tantum, quæ ἄλογα viderentur, & aut rationum pondere, aut Philoſophorum auctoritate poterant aliquem conturbare. quid autem ſequitur?

72. *Multa autem potuit cum regibus qui fuerunt tempore ſuo, Philippo, Olympiade, Alexandro, & Antipatro.*] in hunc locum vitæ Græcę irrepſerunt aliquot verba, quæ ſi retineas, coarguunt auctorem mendacij: à cujus ſuſpicione liberat illum V. T. ètenim Græce ſic legitur ἐπανήρχετο δ' αὖθις ὁ Ἀριστοτέλης ἐν Μακεδονίᾳ, καὶ πολλὰ ἐδυνήθη, &c. nam poſtea quam Chalcidem migrauit, quod accuſaretur impietatis, nunquam reuerſus eſt in Macedoniam. Quod autem plurimum valeret apud hos reges, perſpicuum ex ſuperioribus, quanquam Alexander immutata poſtea fuit in ipſum voluntate, cauſa Calliſthenis affinis ſui, qui

Alexan-

Alexandrum libere objurgauerat. Qua de causa scribit Laërtius Alexandrum, vt læderet Aristotelem auxisse Anaximenem æmulum Callisthenis, & Xenocrati Academico, cum quo maximæ simultates erant Aristoteli, quinquaginta talenta dono misisse, quod etiam refert Plutarchus. Pausanias in Eliacis narrat Aristoteli positam fuisse statuam siue à discipulo, siue ab aliquo milite, quod apud Alexandrum plurimum, postea apud Antipatrum valuisset. Amicitia tamen Antipatri non magnæ laudi fuit Aristoteli cum Plinius Plutarchus & Arrianus atque alij scribant Aristotelem docuisse Antipatrum venenum illud Stygiæ aquæ in vngula mulæ asseruatum ad Alexandrum necandum. extrema illa sunt in hac vita.

73. *Plurimum autem vsus est organo philosophiæ. Proprium autem fuit philosophiæ Aristotelis non discedere ab evidentia.*] omnes Peripatetici veteres Logicam fecerunt *organum*, id est, instrumentum potissimum philosophiæ (à qua inuenta dicitur ab Alexand. lib. 1. Prior.) deinde ceterarum sciẽtiarũ, & artium, atque totius consuetudinis humanæ, quam sententiam colligit aperte Alexander li. 1. Topic. ex diuisione problematum, & propositionum, quas affert ibi Aristoteles, nã cum primo proposuisset tria

genera

genera quæstionum, & propositionum, in quibus facultas dialectica versaretur, vnum, quod in contemplatione cernitur, alterum quod in rebus expetendis, & fugiendis, tertium, quod neutrum horum spectat, sed ad vtrunque affert adjumentum (quod est proprium instrumenti) subijcit primi generis quæstiones esse Physicas, id est in contemplatione positas, secūdi morales, vltimi vero Logicas: Quibus verbis quam planissime docuit Logicam esse instrumentum reliquarum partium philosophiæ, atque artium. Quod autem Arist. plurimum vsus sit *Logica* in omnibus suis scriptis, consentiens est totius antiquitatis sententia, ipsaque illius scripta cumulatissime illud declarant; tanta methodo, & artificio elaborata, vt omnium veterum τεχνικώτατος, & μεθοδικώτατος existimetur: & merito quidē. nam cum ipse passim ceteros philosophos propter ignorationem Logicæ, aut, vt ipse loquitur διὰ ἀπειρίαν τῶν ἀναλυτικῶν, aut ἀπαιδευσίαν aberrasse conqueratur, præpostere fecisse existimaretur, si ipse præsidium illud non adhibuisset, cuius inopiam ceteris magno detrimento fuisse idem prodiderat. conceptis autem verbis eiusdem potest demonstrari, quando studio præceptiones Logicas coniunxerunt cum re subiecta in singulis

suis libris, etiam in ijsdem Logicis docendis. quod vno tantum, aut altero exemplo manifesto conuincetur. disputat Aristoteles in Categor. cap. de substantia speciem substantiæ magis esse substantiam, quam genus, & confirmat suam sententiam hoc argumento: quia propinquior est primæ substantiæ, quæ simpliciter, & maxime proprie substantia est. præceptum autem his verbis expressum lib. 3. Topic. quod propinquius simpliciter tali, id est magis tale. Idem lib. 1. de Demonstratione probat demonstrationem vniuersam meliorem esse particulari; quoniam habet virtutem demõstrationis. locus autem lib. 3. Topic diserte tim sic expressus est, quod habet virtutem rei, id melius est. quare verè Simplic. l. 1. de cœl. *Aristotelem* appellat *sedem, & parentē omnis artificii.* Quod sequitur deinceps, proprium fuisse philosophiæ Aristotelis *non discedere ab euidentia,* nos addidimus τὸ *ab evidentia*, quod deerat in M. S quia nil crebrius in omnibus explanatoribus Græcis legimus, quam Aristotelem & ejus sectatores nũquam ἀφίςασθαι τῆς ἐναργείας, idque in eius libris vbique verum esse experimur. Sed nullus illorum planius, neque accuratius hoc institutũ Aristotele docuit, quã Simplicius in τοῖς προγεγραμμένοις Categor. his *verbis*, quæ Latine exprimam: *nusquam*

autem

autem solet (Aristoteles) ab euidentia recedere. cumque duplex euidentia sit ad fidem faciendam vna ex mente, altera ex sensu petita, cum differat cum iis qui sensibus viuimus, prafert eam, quæ à sensu proficiscitur. quam ob causam inest in eius demonstrationibus vis persuadendi, quæ necessario cogit: vt si quis non assentiatur illi propter opinionem aliquam non satis felicem, & idoneam, quæ animum illius occupauerit, cogatur tamen obmutescere, nec hiscere audeat. vbique autem solet à natura non discedere: quin & ea, quæ supra naturam sunt, considerat referens illa ad naturam, vt diuinus Plato contra more Pythagorico res naturales tractat, quatenus participes sunt earum, quæ sunt supra naturam. Hæc Simplicius. quam sententiam Macrobius, vt ab interpretibus Aristotelis ab eam, sic comprobat. libr. 7. Saturn. *Nec possum non assentiri Aristoteli à cujus inuentis nec ipsa natura dissentit.* clausula hujus vitæ hæc est, cui ego adiici verbum illud, *composuit.*

74. *Composuit autem Aristoteles librum de oratione: vnde Simplicius. quod enim intelligat & super intellectum & supra substantiam Aristoteles manifestum est apud finem libri de Oratione plane dicens: quod Deus aut intellectus est, aut aliquid supra intellectum.*] Suspicor lacunam hic esse: neque desiderari

tantum illa verba, quæ ego addidi, *ab euidentia* & *composuit*, ſed etiam plura quibus ſatisfaceret illi ἐνστάσει ſi Ariſtoteles nunquã diſcedit à natura, & ſenſu; immo & noſtra transfert ad diuina, & illa tractat more ſenſili, & naturali, fortaſse non eſt aſsecutus diuina, vt Plato, neque vis eius ingenij tranſilijt limites ſenſus, & naturæ: cui appoſitè reſpondet hoc teſtimonio Ariſtotelis Simplicius in com. lib. 2. de cœlo. eſt autem loc⁹ ex lib. περὶ προσευχῆς, vt refert Simplicius, aut, vt legitur apud Laërtium, περὶ εὐχῆς, id eſt, *de precibus* aut *de voto*. probat igitur Simplicius nouiſſe Ariſt. aliquid ſupra mentem, & ſupra ſubſtantiam: quia aſserit eo loco Ariſtoteles Deum aut mentem eſſe, aut aliquid ſupra mentem. Deus Ariſtoteli plane mens eſt. 12. lib. de Sapient. Sed quod ſit vltra mentem Platonicis faciliimum eſt probare. demonſtrat ſiquidẽ Proclus in στοιχειώσει Theologiæ Platonis theorem. 20. ipſum vnum, & ipſum bonum, quæ demonſtrauerat antea idem eſse, theorem. 13. ſuperius eſse omni mente: quia omnia, quomodocunque ſint, vnũ participiant, non omnia tamen mentem participant. Ipſo autem vno nil, inquit, eſt ſuperius: quia idem eſt, atque bonum, vt ipſe demonſtrauerat, bonum autem demonſtratum fuerat antea

ab

ab eodem theorem. 12. caufam primam omnium entium effe. Ariftoteles tamen non videtur ifto modo fuam fententiam tueri, fed illo Deum effe fupra eas mentes, quæ raptæ amore eius immenfæ bonitatis ceteros cœlos movent: cum ille rationem finis, & mouentis primi immobilis ex decretis illius habeat. hæ vero propter appetitũ eius finis moueant. addit Laërt. vitæ Arift. *apophthegmata* illius, & fummã eius decretorum, quę ille ftudiofe collegit. Etfi in eã cum philofophiam Theoreticen & Logicam ex decretis Arift. partitur, videtur aliqua conturbare. fubiicit enim philofophiæ contemplanti Rhetoricam, & Logicam, vtrumque autem à fententia Ariftotelis alienum. fed de Logica emendat ipfe, quod dixerat cum addit, non vt partem fubijci ab illo philofophiæ, fed vt inftrumentum. *Logicam* autẽ diuidit in *inuentionem, iudicium, & vfum*: ita vt ad inuentionem propofitionum referat Topica, & Methodica Ariftotelis; ad iudicium Analytica; ad vfum vero octauum Topic. atque Elenchos. In hac quidem diuifione multa incerta. principio Methodicorum libri hyponematici erant, vt obferuat Simplicius in commentarijs Categor. vt non videantur appofite numerari cum acroamaticis; cum ex illis vix aliquid teftimonij loco, vt ait Alexander, afferri poffet ad Ariftot.

ſententiam aſſerendam, σποράδην q. ſcripta eſſent, neque ad vnum ſcopum vniuerſa eorum conſcriptio p rtineret. quanquam coniungi potuiſſe videntur à Laertio propter argumenti ſimilitudinem, licet diverſa ratione, & via vtcunque Peripatetici perſequerentur. Iam vero inuentio aſsignatur quoque ab Ariſtotele Prioribus Analyticis generalis illa quidem, ſed illis congruens ſecunda ſectione lib. 1. cum de copia propoſitionum diſputat: Analyticis etiam Poſterioribus eſt ſua inuentio attributa cap. 4. lib. 1. vt docet Themiſtius. neque Topicis deeſt ſua judicij ratio, cum octauo ſcillcet libro agitur de delectu propoſitionum. Quod autem adiungit ad judicium faciendum de ſumptionibus pertinere Priora Analytica, ad judicium vero de collectione Poſteriora, multo incertius videtur. nam in Prioribus nihil aliud docemur, quam quæ ratio colligendi aut concludendi recta ſit, quæque vitioſa, in poſterioribus vero cujuſmodi ſumptiones, & propoſitiones ſumendæ ſint ad demonſtrationes conficiendas neque vero vſus in Topicis, & Elenchis ſolum ſpectandus, ſed in Analyticis quoque quanquam illa in concertatione magis poſita cernuntur: à qua longiſsime abeſt demonſtratio. planius, & verius Logicam more Peripateticorum in duas partes principes diuiſſet: vnam

vnam quæ solam veritatem, & rei naturam spectat, alteram quæ ad hominum potius opinionem refertur: illam *Analyticam*, hanc proprio nomine *dialecticam* ab Aristotele appellari videmus, vtrique vero parti communem esse reliquam, quam στοιχειώδη, id est, elementariam Græci vocant, libri videlicet Categor. & περὶ ἑρμηνείας sed quoniã vnus Aristoteles in scholis philosophorũ, & merito quidem, relictus, cuius decretis philosophia multis retro sæculis stat, nedum conuicijs, aut calumnijs veterum præsertim aliquid de ejus morum probitate detractum fuisse videtur, posit eius existimationẽ violare, locum elegantissimum Aristoclis Messenij Peripatetici veteris ex lib. 7. illius de Philosophiæ historia repetendum hoc loco existimauimus: qui apud Euseb. lib. 15. de præp. Euangel legitur: in quo ille cumulate æmulis Aristotelis satisfacit. locum autem sin minus pro dignitate, certe quã planissime fieri poterit, Latine reddemus. Est igitur locus eiusmodi: *Qui igitur fieri potest, vt ait Epicurus in epistola* περὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων *cũ adolesens esset* (Aristoteles scilicet) *abligurisse ipsum bona paterna, postea in militiam proficisci coactum, cumque male cum eo ageretur, ad pharmacopolium venisse? deinde cum Plato omnibus Peripatum aperuisset, ipsum rege-*

recepisse? & quis probabit illud Timæi Tauromenitæ, qui scribit in historijs, prouecta jam ætate elusisse illum fores viles ignobilis officinæ medicæ? quis autem adducetur, vt credat, quæ dicuntur ab Aristoxeno musico in Platonis vita? nam cum peregre profectus esset, ait surrexisse quosdam peregrinos, & contra ipsum Peripatum erexisse. quæ verba quidam de Aristotele accipiunt: immerito: cum Aristoxenus semper Aristotelem laudet. ridiculos etiam quis jure existimabit illos commentarios Alexini concertatorij? inducit enim Alexandrum puerum cum patre Philippo colloquentem, & sermones Aristotelis respuentem, approbantem autem Nicagoram quendam cognomine Hermen. & Eubulides aperte in libro, quem contra ipsum edidit, mentitur, primum quidem poëmata frigida proferens, quasi alij illa conscripsissent de nuptijs, & affinitate, quam cum Hermia coniunxerat, deinde dicit ab ipso Philippum læsum fuisse, neque morienti Platoni affuisse, librosque ipsius corrupisse. nam Democharis accusationem contra philosophos quid opus est commemorare? non solum Aristotelem, verum etiam alios maledictis fixit: tum etiam calumnias eius quispiam considerans, nugari ipsum dicet: ait enim epistolas Aristotelis deprehensas contra vrbem Athenarum, atque eundem patriam suam Stagiram Macedonibus prodidisse, & Olyntho euersa indicasse in

in prædæ venditione Philippo locupletissimos quosque Olynthios. stulte etiam & Cephisodorus Isocratis discipulus ipsum calumniatus est, vt mollem, & helluonem, atque alia einsmodi in eum iactitans. stultissimum autem omnium, quod dictum est ab eo Lycone, qui se Pythagoricum esse profitetur. ait enim Aristotelem sacra fecisse suæ vxori mortuæ, cuiusmodi Athenienses Cereri faciunt, cumque oleo calido lauaretur, illud postea vendere solitum, cumque in Chalcidem migraret, reperisse redemptores vectigalium in nauigio septuaginta quinque ollas æneas. ac fere tot fuerunt, qui primi calumniati Aristotelem sunt. è quibus aliqui eadem ætate, alij paulo post viguerunt. omnes autem Sophistæ, & concertatorij, & rhetores, quorum & nomina, & libri perierunt, magis quam corpora. nam eos, qui post istos floruerunt, aut eadem, quæ isti dixerant, repetunt, omittere æquum est, & præsertim eos, qui ne in libros quidem illorum inciderunt, sed temere aliqua de suo affinxerunt: quales sunt, qui dicunt trecentas eum ollas habuisse. nam cum nullus reperiatur hoc dixisse, eorum, qui tunc fuerunt præter Lyconem, is tamen septuaginta solum & quinque ollas inuentas fuisse dixit. non solum autem ex temporum ratione, & ex ijs, qui calumniati sunt, coniecerit

Alexandrum libere objurgauerat. Qua de causa scribit Laërtius Alexandrum, vt læderet Aristotelem auxisse Anaximenem æmulum Callisthenis, & Xenocrati Academico, cum quo maximæ simultates erant Aristoteli, quinquaginta talenta dono misisse, quod etiam refert Plutarchus. Pausanias in Eliacis narrat Aristoteli positam fuisse statuam siue à discipulo, siue ab aliquo milite, quod apud Alexandrum plurimum, postea apud Antipatrum valuisset. Amicitia tamen Antipatri non magnæ laudi fuit Aristoteli cum Plinius Plutarchus & Arrianus atque alij scribant Aristotelem docuisse Antipatrum venenum illud Stygiæ aquæ in vngula mulæ asseruatum ad Alexandrum necandum. extrema illa sunt in hac vita.

73. *Plurimum autem vsus est organo philosophiæ. Proprium autem fuit philosophiæ Aristotelis non discedere ab euidentia.*] omnes Peripatetici veteres Logicam fecerunt *organum*, id est, instrumentum potissimum philosophiæ (à qua inuenta dicitur ab Alexand. lib. 1. Prior.) deinde ceterarum sciētiarū, & artium, atque totius consuetudinis humanæ, quam sententiam colligit aperte Alexander li. 1. Topic. ex diuisione problematum, & propositionum, quas affert ibi Aristoteles, nā cum primo proposuisset tria

genera

genera quæstionum, & propositionum, in quibus facultas dialectica versaretur, vnum, quod in contemplatione cernitur; alterum quod in rebus expetendis, & fugiendis, tertium, quod neutrum horum spectat, sed ad vtrunque affert adjumentum (quod est proprium instrumenti) subijcit primi generis quæstiones esse Physicas, id est in contemplatione positas, secũdi morales, vltimi vero Logicas. Quibus verbis quam planissime docuit Logicam esse instrumentum reliquarum partium philosophiæ, atque artium. Quod autem Arist. plurimum vsus sit *Logica* in omnibus suis scriptis, consentiens est totius antiquitatis sententia, ipsaque illius scripta cumulatissime illud declarant; tanta methodo, & artificio elaborata, vt omnium veterum τεχνικώτατος, & μεθοδικώτατος existimetur: & merito quidé. nam cum ipse passim ceteros philosophos propter ignorationem Logicæ, aut, vt ipse loquitur διὰ ἀπειρίαν τῶν ἀναλυτικῶν, aut ἀπαιδευσίαν aberrasse conqueratur, præpostere fecisse existimaretur, si ipse præsidium illud non adhibuisset, cuius inopiam ceteris magno detrimento fuisse idem prodiderat. conceptis autem verbis eiusdem potest demonstrari, quando studio præceptiones Logicas coniunxerunt cum re subiecta in singulis

 suis

ſuis libris, etiam in ijſdem Logicis docendis. quod vno tantum, aut altero exemplo manifeſto conuincetur. diſputat Ariſtoteles in Categor. cap. de ſubſtantia ſpeciem ſubſtantiæ magis eſſe ſubſtantiam, quam genus, & confirmat ſuam ſententiam hoc argumento: quia propinquior eſt primæ ſubſtantiæ, quæ ſimpliciter, & maxime proprie ſubſtantia eſt. præceptum autem his verbis expreſſum lib. 3. Topic. quod propinquius ſimpliciter tali, ideſt magis tale. Idem lib. 1. de Demonſtratione probat demonſtrationem vniuerſam meliorem eſſe particulari; quoniam habet virtutem demõſtrationis. locus autem lib. 3. Topic diſertim ſic expreſſus eſt, quod habet virtutem rei, id melius eſt. quare vere Simplic. l. 1. de cœl. *Ariſtotelem* appellat *ſedem, & parentẽ omnis artificii.* Quod ſequitur deinceps, proprium fuiſſe philoſophiæ Ariſtotelis *non diſcedere ab euidentia*, nos addidimus τὸ *ab evidentia*, quod deerat in M. S quia nil crebrius in omnibus explanatoribus Græcis legimus, quam Ariſtotelem & eius ſectatores nũquam ἀφίςαϑαι τῆς ἐναργείας, idque in eius libris vbique verum eſſe experimur. Sed nullus illorum planius, neque accuratius hoc inſtitutũ Ariſtotele docuit, quã Simplicius in τοῖς πϱοηγουμένοις Categor. his *verbis*, quæ Latine exprimam: *nuſquam autem*

autem solet (Aristoteles) ab euidentia recedere. cumque duplex euidentia sit ad fidem faciendam vna ex mente, altera ex sensu petita, cum differat cum iis qui sensibus viuimus, praefert eam, quae à sensu proficiscitur. quam ob caussam inest in eius demonstrationibus vis persuadendi, quae necessario cogit: vt si quis non assentiatur illi propter opinionem aliquam non satis felicem, & idoneam, quae animum illius occupauerit, cogatur tamen obmutescere, nec hiscere audeat. vbique autem solet à natura non discedere: quin & ea, quae supra naturam sunt, considerat referens illa ad naturam, vt diuinus Plato contra more Pythagorico res naturales tractat, quatenus participes sunt earum, quae sunt supra naturam. Hæc Simplicius. quam sententiam Macrobius, vt ab interpretibus Aristotelis ab eam, sic comprobat. libr. 7. Saturn. *Nec possum non assentiri Aristoteli à cujus inuentis nec ipsa natura dissentit.* clausula hujus vitæ hæc est, cui ego addidi verbum illud, *composuit.*

74. *Composuit autem Aristoteles librum de oratione: vnde Simplicius. quod enim intelligat & super intellectum & supra substantiam Aristoteles manifestum est apud finem libri de Oratione plane dicens: quod Deus aut intellectus est, aut aliquid supra intellectum.*] Suspicor lacunam hic esse: neque desiderari

tantum illa verba, quæ ego addidi, *ab evidentia* & *composuit*, sed etiam plura quibus satisfaceret illi ἐνςάσει si Aristoteles nunquã discedit à natura, & sensu; immo & nostra transfert ad diuina, & illa tractat more sensili, & naturali, fortasse non est assecutus diuina, vt Plato, neque vis eius ingenij transilijt limites sensus, & naturæ: cui apposité respondet hoc testimonio Aristotelis Simplicius in com. lib. 2. de cœlo. est autem loc⁹ ex lib. περὶ προσευχῆς, vt refert Simplicius, aut, vt legitur apud Laërtium, περὶ εὐχῆς, id est, *de precibus* aut *de voto*. probat igitur Simplicius nouisse Arist. aliquid supra mentem, & supra substantiam: quia asserit eo loco Aristoteles Deum aut mentem esse, aut aliquid supra mentem. Deus Aristoteli plane mens est. 12. lib. de Sapient. Sed quod sit vltra mentem Platonicis facillimum est probare. demonstrat siquidé Proclus in ςοιχειώσει Theologiæ Platonis theorem. 20. ipsum vnum, & ipsum bonum, quæ demonstrauerat antea idem esse, theorem. 13. superius esse omni mente: quia omnia, quomodocunque sint, vnũ participant, non omnia tamen mentem participant. Ipso autem vno nil, inquit, est superius: quia idem est, atque bonum, vt ipse demonstrauerat, bonum autem demonstratum fuerat antea

ab

ab eodem theorem. 12. causam primam omnium entium esse. Aristoteles tamen non videtur isto modo suam sententiam tueri, sed illo Deum esse supra eas mentes, quæ raptæ amore eius immensæ bonitatis ceteros cœlos movent: cum ille rationem finis, & mouentis primi immobilis ex decretis illius habeat. hæ vero propter appetitũ eius finis moueant. addit Laërt. vitæ Arist. *apophthegmata* illius, & summã eius decretorum, quę ille studiose collegit. Etsi in ea cum philosophiam Theoreticen & Logicam ex decretis Arist. partitur, videtur aliqua conturbare. subiicit enim philosophiæ contemplanti Rhetoricam, & Logicam, vtrumque autem à sententia Aristotelis alienum. sed de Logica emendat ipse, quod dixerat cum addit, non vt partem subijci ab illo philosophiæ, sed vt instrumentum. *Logicam* auté diuidit in *inuentionem, iudicium, & vsum*: ita vt ad inuentionem propositionum referat Topica, & Methodica Aristotelis; ad iudicium Analytica; ad vsum vero octauum Topic. atque Elenchos. In hac quidem diuisione multa incerta. principio Methodicorum libri hyponematici erant, vt obseruat Simplicius in commentarijs Categor. vt non videantur apposite numerari cum acroamaticis; cum ex illis vix aliquid testimonij loco, vt ait Alexander, afferri posset ad Aristot.
 sen-

sententiam asserendam, σποράδην q. scripta essent, neque ad vnum scopum vniuersa eorum conscriptio pertineret. quanquam coniungi potuisse videntur à Laertio propter argumenti similitudinem, licet diuersa ratione, & via vtcunque Peripatetici persequerentur. Iam vero inuentio assignatur quoque ab Aristotele Prioribus Analyticis generalis illa quidem, sed illis congruens secunda sectione lib. 1. cum de copia propositionum disputat: Analyticis etiam Posterioribus est sua inuentio attributa cap. 4. lib. 1. vt docet Themistius. neque Topicis deest sua iudicij ratio, cum octauo scilicet libro agitur de delectu propositionum. Quod autem adiungit ad iudicium faciendum de sumptionibus pertinere Priora Analytica, ad iudicium vero de collectione Posteriora, multo incertius videtur. nam in Prioribus nihil aliud docemur, quam quæ ratio colligendi aut concludendi recta sit, quæque vitiosa, in posterioribus vero cujusmodi sumptiones, & propositiones sumendæ sint ad demonstrationes conficiendas. neque vero vsus in Topicis, & Elenchis solum spectandus, sed in Analyticis quoque quanquam illa in concertatione magis posita cernuntur: à qua longissime abest demonstratio. planius, & verius Logicam more Peripateticorum in duas partes principes diuisset: vnam

vnam quæ solam veritatem, & rei naturam spectat, alteram quæ ad hominum potius opinionem refertur: illam *Analyticam*, hanc proprio nomine *dialecticam* ab Aristotele appellari videmus, vtrique vero parti communem esse reliquam, quam στοιχειώδη, id est, elementariam Græci vocant, libri videlicet Categor. & περὶ ἑρμηνείας sed quoniã vnus Aristoteles in scholis philosophorũ, & merito quidem, relictus, cuius decretis philosophia multis retro sæculis stat, nedum conuicijs, aut calumnijs veterum præsertim aliquid de eius morum probitate detractum fuisse videtur, posset eius existimationẽ violare, locum elegantissimum Aristoclis Messenij Peripatetici veteris ex lib. 7. illius de Philosophiæ historia repetendum hoc loco existimauimus: qui apud Euseb. lib. 15 de præp. Euangel legitur: in quo ille cumulate æmulis Aristotelis satisfacit. locum autem sin minus pro dignitate, certe quã planissime fieri poterit, Latine reddemus. Est igitur locus eiusmodi. *Qui igitur fieri potest, vt ait Epicurus in epistola* περὶ τ̃ ἐπιτηδευμάτων *cũ adolescens esset* (Aristoteles scilicet) *abligurisse ipsum bona paterna, postea in militiam proficisci coactum, cumque male cum eo ageretur, ad pharmacopolium venisse? deinde cum Plato omnibus Peripatum aperuisset, ipsum*

recepisse? & quis probabit illud Timæi Tauromenitæ, qui scribit in historijs, prouecta iam ætate elusisse illum fores viles ignobilis officinæ medicæ? quis autem adducetur, vt credat, quæ dicuntur ab Aristoxeno musico in Platonis vita? nam cum peregre profectus esset, ait surrexisse quosdam peregrinos, & contra ipsum Peripatum erexisse. quæ verba quidam de Aristotele accipiunt: immerito: cum Aristoxenus semper Aristotelem laudet. ridiculos etiam quis iure existimabit illos commentarios Alexini concertatorij? inducit enim Alexandrum puerum cum patre Philippo colloquentem, & sermones Aristotelis respuentem, approbantem autem Nicagoram quendam cognomine Hermen. & Eubulides aperte in libro, quem contra ipsum edidit, mentitur, primum quidem poëmata frigida proferens, quasi alij illa conscripsissent de nuptijs, & affinitate, quam cum Hermia coniunxerat, deinde dicit ab ipsa Philippum læsum fuisse, neque morienti Platoni affuisse, librosque ipsius corrupisse. nam Democharis accusationem contra philosophos quid opus est commemorare? non solum Aristotelem, verum etiam alios maledictis fixit: tum etiam calumnias eius quispiam considerans, nugari ipsum dicet: ait enim epistolas Aristotelis deprehensas contra vrbem Athenarum, atque eundem patriam suam Stagiram Macedonibus prodidisse, & Olyntho euersa indicasse

in

in præda venditione Philippo locupletissimos quosque Olynthios. stulte etiam & Cephisodorus Isocratis discipulus ipsum calumniatus est, vt mollem, & helluonem, atque alia eiusmodi in eum iactitans. stultissimum autem omnium, quod dictum est ab eo Lycone, qui se Pythagoricum esse profitetur. ait enim Aristotelem sacra fecisse suæ vxori mortuæ, cuiusmodi Athenienses Cereri faciunt, cumque oleo calido lauaretur, illud postea vendere solitum, cumque in Chalcidem migraret, reperisse redemptores vectigalium in nauigio septuaginta quinque ollas æneas. ac fere tot fuerunt, qui primi calumniati Aristotelem sunt. è quibus aliqui eadem ætate, alij paulo post viguerunt. omnes autem Sophistæ, & concertatorij, & rhetores, quorum & nomina, & libri perierunt, magis quam corpora. nam eos, qui post istos floruerunt, aut eadem, quæ isti dixerant, repetunt, omittere æquum est, & præsertim eos, qui ne in libros quidem illorum inciderunt, sed temere aliqua de suo affinxerunt: quales sunt, qui dicunt trecentas eum ollas habuisse. nam cum nullus reperiatur hoc dixisse, eorum, qui tunc fuerunt præter Lyconem, is tamen septuaginta solum & quinque ollas inuentas fuisse dixit. non solum autem ex temporum ratione, & ex ijs, qui calumniati sunt, coniecerit

 quis-

quispiam falsa esse omnia, quæ ab iis dicta sunt, verum etiam ex eo, quod non omnes eadem calumnientur, sed quisque suam calumniam ab aliis discrepantem proferat. quod si ullum ex istis conuitiis vere iactatum fuisset, non semel, sed millies ab istis Aristoteles vexatus fuisset. perspicuum igitur est Aristoteli idem, quod aliis multis accidisse, vt cum propter amicitiam, qua conjunctus cum regibus erat, tum propter excellentiam disputationum, inuidia Sophistarum ejus sæculi premeretur. oportet autem eos, qui bene sentiunt, non intueri calumniatores, sed eos quoque qui ipsum laudant, & imitantur. neq; enim minus multi, & hi quidem præstabiliores deprehenduntur ac cætera quidem conuitia manifesto conficta fuerunt, hæc autem duo tantum videntur credibilia, propter quæ à quibusdam vituperatur. vnum quidem quod assentatus Hermiæ duxit vxorem Pythiada ejus quidem sororem natiuam, adoptiuam vero filiam. qua de re Theocritus Chius tale edidit epigramma:

Ἑρμείου εὐνούχου τε καὶ Εὐβούλου τόδε δούλου
Μνῆμα κενὸν κενόφρων θῆκεν Ἀριστο-
τέλης.
Ὃς διὰ τὴν ἀκρατὴ γαστρὸς φύσιν εἵλετο
ναίειν
Ἀντ' ἀκαδημίας βορβόρου ἐν προχοαῖς.

id est,

Her-

Hermię Eubuli seruo, eunuchoque sepulcrū
Hoc vacuum statuit, vanus Aristoteles:
Ventris ob ingluuiem, qui cœni optauit in ipsis
Missa Academia viuere confluuijs.

Alterum autem, quod ingratus fuit in Platonem. ac de Hermia quidem, & Aristotelis amicitia alij multi conscripserunt, atque in ijs Apellico in cujus libros qui inciderit, desinet lædere ipsos. de nuptijs autem Pythiadis satis cumulate ipse in epistolis, quas scripsit ad Antipatrum respondit. nam mortuo Hermia propter beniuolentiam, qua ipsam prosequebatur, eam duxit vxorem, pudicam alioqui, & probam, infortunatam tamen propter calamitates, quæ fratri illius acciderant. Hactenus Aristocles Messenius. si qui autem post illos ausi sunt existimationem Aristotelis violare, & vitam illius lædere, cum eadem plane atque superiores, inculcent, satis abunde videtur hoc loco Aristoclis Messenij illis satisfactum fuisse. nam de Aristotelis doctrina, quod cæteris præstabilior sit, quoniam satis multa in his scholijs aspersimus, longioremq; oratione postulat hęc disputatio, in alium locum commodiorē à nobis reijcietur. Illud vnum breui hoc loco subjungemus ex Theodoro Logotheta omnia scripta Chrysippi, & Stoicorum, atque Galeni in quibus aliquid contra Aristotelis decreta

Logica,

Logica, aut Physica disputabatur, ita judicio posterorũ fuisse improbata, vt ne vestigium vllum illorum jam ejus ætate superesset. Quod si post Galenũ in Philosophia aliquid edidissent, eos omnes vt Iouis Corinthum, eadem illa Aristotelis, & veterum Peripateticorũ ad verbum repetere, nihilq; præter ea conscriptione magnopere dignum afferre. nam contra alias philosophorum familias copiose, & vere ab Aristocle Messenio in commune est libris de *historia philosophica* disputatum: vt contra vetustiores illos *Xenophanem, Parmenidem, Zenonem, & Melissum*, qui fidẽ omnẽ sensibus abrogabant, & contra *Metrodorum, Protagoram*, & alios, apud quos sensuum judicium, familiã ducebant, & contra Aristippũ, atque Cyrenaicos, quibus animi perturbationes omnia moderabantur, & contra Epicureos, qui omnia ad voluptatẽ referebant, & contra Academicos nouos, qui nihil comprehẽdi posse affirmabant, & tandem contra Ephecticos, siue Scepticos, qui ne se quidem natos, neque homines esse affirmare omni sublato penitus judicio veritatis, audebãt. Ex his facile quiuis poterit sibi persuadere nec superiorum philosophorũ, nec æqualium, neque eorum, qui inferiori ætate floruerunt illius doctrinam cum disciplina Aristotelis, & Peripateticorum posse comparari.

F I N I S.

INDEX
VITÆ ARISTOTELIS
NOTARVMQ; NVNNESII.

Numerus est non paginæ sed ad oram adscriptus.

A.

Mathe-

INDEX AVCTORVM PHILOSOPHICORVM

Partim editorum, partim manuſcriptorum, quorum loci illuſtrantur, corriguntur aut refelluntur

A

PET. IOAN. NVNNESIO.

Arria-

Lyco